6.

6
19-c
26

VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZIONALE
6
12 C
58

6. 19. c. 26

XXXIII. 10. 17

Geographiæ Poeticæ,

ID EST,

VNIVERSÆ TERRÆ DESCRIPTIONIS EX OPTIMIS ac vetustissimis quibusque Latinis Poetis libri quatuor:

Quorum,

Primus, Europam: Secundus, Africam. Tertius, Asiam: Quartus, Mare vniuersum, & Maris Insulas continet.

In singulis autem libris hic ordo diligenter est obseruatus, vt cuiusque Orbis partis Regiones, Populi populorúmque mores, Vrbes, Flumina, & Montes illustriores ex iisdem Poetis in certa capita distribuantur, atque describantur.

LAMBERTI DANAEI OPVS.

Accessit operi Index locupletissimus.



APVD IACOBVM STOER.

M. D. LXXX.

AD ILLVSTREM, ET GENEROSVM DOMINVM, DO. PHILIPPVM SYDNEIVM Henrici Hyberniæ proregis Filium, Comitum Warvvici & Leycestriæ nepotẽ, ELIZABETHAE serenissimæ Anglorum Reginæ apud ipsum Imperatorem Rhodolphum, & alios principes Legatum, &c.

QVAE regere ipse tua, Sydnei, virtute mereris,
Accipe terreni maxima regna soli.
Ausoniæ dat regna Maro: dat Naso Sicanos:
Lucanus Gallos: Silius Hesperios.
Idémque & Pœnos, Numidas, atque Africarura:
Dat Statius Græcos: Claudius inde Scythas:

Ausonius celebris si quæ sunt oppida famæ.
Ast Asiam varij, qui tenuere, dabunt.
Aspice quàm læto donent tibi munera vultu,
Quisq; suũ: & totas, quas habet Orbis, opes?
Oceanum quoque dant, & si qua est Insula iuncta:
Anglia quas inter maxima laude micat.
Nanque fide vera, populis, & pace beata;
Lanæ ac argẽti est Anglica terra ferax.
*E*LIZABETHA *ergo fœlix ditione, locóq;*
Ingenio fœlix sed magis illa suo.
Imperat hæc Anglis, hæc ius & reddit Hybernis,
Nympha genus, sed vir pectore, mẽte dea.
Det Deus Hesperios, Indos, Nilúmque, Padúmque,
Det tibi Nympha Anglis addere posse tuis.
Sed tibi, Sydnei, tot sint gratíque, boníque,
Quos sua commendat lausq;, laborq; viæ.
Nec moueare alio veniant quòd ab orbe remoti,
Tam procul hos pietas, & tua fama ciet.

Nec quòd ab obscuro missi venere parente,
Non tu illi obscurus, sit licet ille tibi.
Cui Pater est Prorex, cui gēs est inclyta bello,
Munia qui tractat publica, Num latuit?
Legatum quē ipsi Reges stupuere grauemq́,
Doctumq́ ante annos dicere, Num latuit?
Cùm tua te prodat virtus, & gloria Mundo,
Non mage, quàm Phœbus, Sydne, latere potes.

Lambertus Danæus
T. D. addictiss.

[BIBLIO]TECA NA[Z.] ROMA [VITTORIO] EMANUEL[E]

LIBER AD EVNDEM ILLVSTREM ET GENEROSUM Do. Philippum Sydneium.

In te animi ista sui ponit monimenta Danæus,
Qui tibi deuotus pectore semper erit.
Tu cape, sed facili, Sydnei, munera vultu:
Sint quamuis genio dona minora tuo.

LIBER AD LECTOREM.

SI quis in hoc nondũ populo lustrauerit Orbem,
Me legat, & lecto carmine doctus eat.
Hæc via nec grauis est, trepidis nec dira periclis,
Cantando poteris carpere tutus iter.
Mille tibi refero Populos, & Flumina, & Vrbes,
Et Maria, & si qua est Insula digna legi.
Gadibus extremos possum te ducere ad Indos,
Siue salo manis, elige, siue solo.
Nulla tibi, duce me, pelagi metuenda procella est:
Fraúsve, vel ambages, asperitásque viæ.
Facundos, vt lætus eas, comitésque, ducésque
Adiunxi, secli lumina rara sui.
Ergo age, totque duces mecum, comitésve secutus,
Pergito, quò nulli contigit isse prius.

GEOGRAPH. POETICAE, Id est,

VNIVERSAE TERRAE DESCRIPTIONIS EX OPTIMIS ac vetustißimis quibusque Latinis poetis collectæ,

LIBER PRIMVS,

Generalis Terræ descriptio. Terra vnde primùm orta.

ANte mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum, Ouidius lib. 1. Metam.
Vnius erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestáque moles, Chaos.
Nec quicquam nisi pondus iners, congestáque eôdem Terra ex
Non bene iunctarum discordia semina rerum. Chao orta.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe:
Nec circunfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quáque erat & tellus, illic & pontus, & aër.
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens aër: nulli sua forma manebat,
Obstabátque alijs aliud: quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

[BIBLIO]TECA NAZ. ROMA [VITT]ORIO EMANUELE

Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.
Nam cœlo terras, & terris abscidit vndas,
Et liquidum spisso secreuit ab æthere cœlum.
Quæ postquam euoluit cæcóque exemit aceruo,
Dissociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi vis & sine pondere cœli
Emicuit, summáque locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate, locóque.

Terra grauis. *Densior his tellus, elementáque grandia traxit,*
Et pressa est grauitate sui: circunfluus humor
Vltima possedit solidúmque coercuit orbem.
Sic vbi dispositam, quisquis fuit ille deorum,
Congeriem secuit, sectámque in membra redegit:

Terra rotunda. *Principiò terram, ne non æqualis ab omni*
Parte foret, magni speciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidísque tumescere ventis
Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.

Terræ ornatus. *Addidit & fontes, & stagna immensa, lacúsque,*
Fluminàque obliquis cinxit decliuia ripis:
Quæ diuersa locis partim sorbentur ab ipsa,
In mare perueniunt partim, campóque recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos, subsidere valles,
Fronde tegi syluas, lapidosos surgere montes.

Dionysius. Oceanus. Terra velut insula, mari vndique cingitur.

Mentionem faciam Oceani profundè fluctis. illo enim
Tota tellus, tanquam insula immensa & interminata,
est cincta:
Non tamen tota prorsus rotundum circuitum habens,
sed vtrinque
Latior, vergens ad solis vias: Fundæ similis.

Terra

TERRA IN QVINQVE ZONAS ad cœli similitudinem diuiditur.

Vtque duæ dextra cœlum, totidémque sinistra Ouidius lib. 1. metamorph.
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidémque plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtranq; locauit,
Temperiémque dedit, mista cum frigore flamma.

Zona frigida.

--Horrida sæuo
Quæ premit arua gelu, strictósque in sedibus amnes, Valer. Argonaut. lib. 1.
Cederet his etiam, & sese sine honore referret
Vlteriùs: sed nube rigens ac nescia regum
Stat super, & nostros iam zona reuerberat ignes.
Quid regio immanis, quid Barbarus amnibus illis
Phasis, &c.-

Zona torrida.

--Iam mundi spissior ignis, Lucanus lib. 9.
Iam plaga quam nullam superi mortalibus vltrà
A medio fecere die, calcatur, & humor
In Noton omnis abit: manant sudoribus artus:
Arent ora siti. -
Deprensum est hunc esse locum, quà circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem. Zona torrida sub circulo Æquatore.
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat sua tempora Libræ,
Aut Astræa iubet lentos descendere pisces.
Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens
Humidus Aegoceros: nec plus Leo tollitur Vrna.

At tibi, quæcunque es Libyco gens igne dirempta,
In Noton vmbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.
Te segnis Cynosura subit: tu sicca profundo
Mergi plaustra putas: nullúmque in vertice summo
Sidus habes immune maris, procul axis vterque est,
Et fuga signorum medio rapit omnia cœlo.

TERRÆ DIVISIO IN QVAtuor regiones, Orientem, Occidentem, Meridiem, Septentrionem.

Ouid. lib. I. Metam.

EVrus ad Auroram, Nabathæáque regna recessit,
Persidáque, & radiis iuga subdita matutinis.
Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro: Scythiam septémque triones
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
Nubibus assiduis, pluuióque madescit ab Austro.

Lucan. lib. I. Ortus, Occasus, Meridies, Septentrio.

Vnde venit Titan, & nox vbi sidera condit:
Quáque dies medius flagrantibus æstuat horis:
Et quà bruma rigens, ac nescia vere remitti
Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum.

Terræ diuisio in tres præcipuas partes, Europam, Africam, & Asiam.

Dionysius. Libya, seu Africa. Europa. Asia.

Homines Terram tres in continentes partiti sunt:
Primùm quidem Libyam, deinde verò Europam, Asiámque.
Sed certè Libya quidem ab Europa habet terminum
Obliquum in lineis, Grades, & os [ostia] Nili:
Vbi maximè Borealis est recessus Ægypti,
Et fanum percelebre Amyclæi Canopi.
Europam autem ab Asia Tanais in medio disterminat:

(Qui

(Qui quidem voluens se per terram Sauromatarum, Europæ termini.
Trahitur in Scythiam, & in Mæotidem paludem)
Versus Boream. Australis autem disterminatio[terminus medius] Hellespontus:
Sed limes est vltrà porrectus magis Asię termini.
Australis versus os [vsq; ad os] Nili.
Alij autem continentibus terris Orbem separant.
Isthmus sursum porrectus est quidam supremus Asiaticæ terræ,
Caspium inter, & Euxinum mare:
Illum autem Europæ, Asiæq; terminum dixerunt.
Alius verò longus & immensus in Austrum serpit,
Arabicum sinum & Ægyptum inter,
Qui quidem separat Libyam ab Asiatica terra.

EVROPÆ DESCRIPTIO, cuius prima regio est Hispania.

Hispania est duplex(alij triplicem cõstituunt) Vlterior, & Citerior. Vlterior mari Oceano ab occasu,& flumine Bæti ab ortu terminatur. Reliqua Hispaniæ pars Citerior nominatur. Vtriusque Hispaniæ promiscua descriptio. Hispania ab Ibero fluuio Iberia dicta est.

TE non pauentis funera Galliæ, Horatius
Duræq; tellus audit Iberiæ. Carm. lib.4.
Quicquid ab auriferis eiectat Iberia fossis. Statius libro Syluarum tertio.

Hispania ab Hespero sydere dicitur Hesperia, sed vltima ad differentiam Italiæ, quæ magna Hesperia dicitur.

Qui nunc Hesperia sospes ab vltima Hor. carm. lib.1.

Ouid. Tristiū lib. 4. *Ibit ad occasum, quicquid dicemus ab ortu*
Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.

Hispania lata regio.

Tibullus lib. 4. *Non te vicino remorabitur obuia Marte*
Gallia, nec latis audax Hispania terris.

Vltima Europæ regio.

Dionysius. *Verùm vltima quidem est illustrium Iberorum.*
Palingenij Sagittarius. *Post hæc occiduas quà Titan vergit in vndas,*
Et prono curru extremis impendet Iberis.

Hispaniæ breuis descriptio.

Dionysius. *Vicina ab occasu Oceano: in ea autem promontorium*
Abyla mōs. *Colūnarū [Herculis] Abyla sita est vna: hancq́; subter*
Tartessus oppidum. *Tartessus amœna, diuitijs affluentium solum hominum,*
Cempsi populi. *Cempsiq́;, qui degunt sub pede Pyrenæo [Pyrenæorum montium]*
Claudianus in laude Serenæ. *Sola nouum Latijs vectigal Iberia rebus*
Contulit, Augustos: fruges, æraria, miles
Vndique conueniunt, totóque ex orbe leguntur:
Hispaniæ laus. *Hæc generat, qui cuncta regant: nec laude virorum*
Censeri contenta fuit, nisi matribus æquè
Vinceret, & gemino certatim splendida sexu,
Flaccillam, Mariámque daret, pulchrámq́; Serenam.
Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
CalleciaReg. *Diuitiis vndasse Tagum. Callecia risit*
Duria fl. *Floribus, & roseis formosus Duria ripis*
Vellere purpureo passim mutauit ouile
Cantaber. *Cantaber: Oceanus vicino littore gemmas*
Astur. *Exspuit. effossis nec pallidus Astur oberrat*
Montibus: oblatum sacris natalibus aurum
Vulgo vena vomit, Pyrenæique sub antris.

Hispa-

Hispanorum mores.

Martius huic sonipes campos hinnitibus implet, Sil.Ital.lib.1.
Hinc iuga cornipedes erecti bellica raptant:
Non Elaus erat campo feruentior axis.
Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.
Namque vbi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens æui spernit nouisse senectam. Hispani gē Martia.
Et fati modus in dextra est. hic omne metallum: Metallis abū dat Hispania.
Electri gemino pallent de semine venæ,
Atque atros chalybis fœtus humus horrida nutrit. Chalybem profert.
Sed scelerum causas operit Deus. Astur auarus Asturia.
Visceribus laceræ telluris mergitur imis, Aurifera est
Et redit infœlix effosso concolor auro.
Hinc certant Pactole tibi Duriásque, Tagúsque, Durias fl.
Quíque super Grauios lucentes voluit arenas Tagus fl. Grauij populi.
Infernæ populis referens obliuia Lethes. Lethe fl.
Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho, Fertilis Hispania.
Nulláque Palladia sese magis arbore tollit.

Hispaniæ latior descriptio.

Necnon totus adest vesper, populíque reposti. Sil. Ital. lib 3.
Cantaber ante omnes hyemísque, æstúsque, famísque Cantabri & eorum mores.
Inuictus, palmámque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo (cùm pigra incanuit ætas)
Imbelles iam dudum annos præuertere saxo:
Nec vitam sine Marte pati, quippe omnis in armis
Lucis causa sita, & damnatum viuere paci.
Venit & Aurora lachrymis perfusus in orbem
Diuersum, patrias fugit cùm deuius oras
Armiger Eoi non felix Memnonis Astyr: Astyr, vnd Astures.
His paruus sonipes, nec Marti notus: at idem Astures optimi equites.
Aut inconcusso glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer trahit esseda collo.

Herdus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
Metiri, iaculòve extendere prælia Mauro.
Celtiberi populi & eorũ mores. *Venêre & Celtæ sociati nomen Iberis.*
His pugna cecidisse decus, corpúsque cremari.
Tale nefas cælo credunt, superísque referri,
Impastus carpat si membra iacentia vultur.
Fibrarum & pennæ, diuinarúmque sagacem
Galleci populi, & eorũ mores. *Flammarum, misit diues Gallecia pubem.*
Barbara nunc patriis vlulantem carmina linguis,
Nunc pedis alterno percussâ verbere terra
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.
Hæc requies, ludúsque viris, ea sacra voluptas.
Cætera fœmineus peragit labor: addere sulco
Semina, & impresso tellurem vertere aratro,
Segne viris, quicquid duro sine Marte gerendum est,
Callaici coniux obit irrequieta mariti.
Lusitani populi. *Vos Viriatthus agit, Lusitanúmque remotis*
Extractum lustris primo Viriatthus in æuo
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.
Ceretani populi. *Nec Ceretani quondam Tirynthia castra,*
Vascones populi. *Aut Vasco insuetus galeæ, ferre arma morati.*
Ilerda opp. *Nec quæ Dardanios post vidit Ilerda furores,*
Nec qui Massagetem monstrans feritate parentem
Concani populi. *Cornipedis fusâ satiaris Concane vena.*
Ebusus insu. *Iamq; Ebusus Phœnissa mouet, mouet Artabrus arma,*
Aclide, vel tenui pugnax instare veruto.
Iam cui Tlepolemus sator, & cui Lyndus origo,
Balearis insul. *Feruida bella ferens Balearis, & alite plumbo.*
Grauij populi vnde. *Et quos nunc Grauia violato nomine Graiûm,*
Oeneæ misere domus, Ætoláque Tyde.
Carthago opid. *Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.*
Tarraco op. *Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem*
Emporiæ. *Vitifera, & Latio tantum cessura Lyæo.*

Hos

Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus vndis, Sedentani pop. Sucro fl.
Atque altrix celsa mittebat Setabis arce, Setabis opp.
Setabis, & telas Arabum spreuisse superbas,
Et Peleusiaco filum componere lino.
Mandonius populis, domitórque insignis equorum
Imperitat Caso, & socio stant castra labore.
At Vetonum alas Balarus probat æquore aperto. Vetones pop.
Hic adeò cùm ver placidum, flatúsque tepescit
Concubitus seruans tacitos grex prostat equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura. Equæ Hispanæ.
Sed non multa dies generi, properátque senectus,
Septimáque his stabulis longissima ducitur ætas.
At non Sarmaticos attollens Susana muros Susana opp.
Tam leuibus persultat equis, hinc venit in arma
Haud æui fragilis sonipes, crudóque vigore
Asper fræna pati, aut iussis parere magistris.
Rindacus his ductor, telum sparus, ore ferarum,
Et rictu horrificant galeas, venatibus æuum
Transfigitur, vel more patrum, vis, raptáque pascunt.
Fulget præcipuis Parnasia Castulo signis, Oppida Castulo,
Et celebre Oceano, atque alternis æstibus Hispal, Hispalis,
Ac Nebrissa dionyseis conscia thyrsis, Nebrissa.
Quam satyri coluere leues, redimitáque sacra
Nebryde, & Hortano mænas nocturna Lyæo. Hortanum.
Argantoniacos armat Carteia nepotes: Carteia.
Rex proauis fuit humani ditissimus æui
Ter denos decies emensus belliger annos.
Armat Tartessos stabulanti conscia Phœbo, Tartessos.
Et Munda Aemathios Italis paritura labores: Munda.
Nec decus aurifera cessauit Corduba terra. Corduba oppid.
Hos duxere viros flauenti vertice Phocis,
Spiciferísque grauis bellator Aranthicus oris

Æquales æui, genuit quos vbere ripa
Bæthis fl. *Palladio Bæthis vmbratus cornua ramo.*

Tagus fluuius Hispaniæ.

Tagus fl. *Huic Hermum, fuluóque Tagum decurrere limo.*
Statius Syluarum lib. 1. *--tanti tibi non sit opaci*
Iuuenalis Satyra 4. *Omnis arena Tagi, quódque in mare voluitur aurum.*
Quódque suo Tagus amne vehit, fluit igni us aurum.
Ouid. lib. 11. metamorph. *Vel Tagus, æquoreas splendens eructat arenas.*
Paling. Taurus. *--nec quicquid Iberus*
Amne Tagus rutilante vehit.
Idem in Leone. *Huic cedit quicquid Tagus, & Pactolus, & Hermus*
Aurifero gignunt (si verum dicitur) alueo.
Idẽ ibidem. *Etsi possideat, quantum Tagus excipit auri.*
Idem in Capricorno. *Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis*
Claudian. in Rufinum li. 1. *Aurea Pactoli: totúmque exhauserit Hermum.*

Lethe fluuius Inferorum denominatus à flumine Lethes Hispaniæ.

Lethe fl. *Non ego si biberes secura pocula Lethes,*
Ouid. de Pōto lib. 2. *Excidere hæc credam pectore posse tuo.*
Claudian. de raptu Proserpinæ lib. 2. *Stagnáque tranquillæ potantes marcida Lethes*
Ægra soporatis spumant obliuia linguis.
Lethæúsque ambit torrens, latè arua papauer
Paling. in Virgine. *Lurida somniferum vestit, ripásque silentes.*

Celtiberi populi Hispaniæ.

Celtiberi populi. *His præter Latias acies erat impiger Astur,*
Lucanus lib. 4. *Vectonésque leues, profugíque à gente vetusta*
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

Ilerdæ descriptio.

Ilerda oppl. Idẽ ibibem. *Colle tumet modico, leníque excreuit in altum*

Pingue

Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu: placidis prælabitur vndis
Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hybernas passurus aquas: at proxima rupes
Signa tenet Magni: nec Cæsar colle minore
Castra leuat. medius dirimit tentoria gurges.
Aut fugies Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.

Sicoris fl

Horatius
pistol. lib.

Concanus.

Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum æquino sanguine Concanum.

Cōcani
Horatius
minum l

Tarraco.

--Tunc Emporiæ, veteresque per ortus
Graiorum vulgus, tunc hospita Tarracho Baccho,
Confidunt portu, & secura gurgite clauso
Stant puppes, positusque labor, terrórque profundi.

Tarraco
pidum.
Silius
lib. 15.

Chartago noua in Hispania.

Vrbs colitur Teucro quondam fundata vetusto
Nomen Chartago, Tyrius tenet inchola muros.
Vt Libyæ sua, sic terris memorabile Iberis
Hæc caput est, non vlla opibus certauerit auri,
Non portu, celsóve situ, non dotibus arui
Vberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.
Inuade aduersis nate hanc ductoribus vrbem,
Nulla acies famæ tantum, prædáve pararit.
Chartago impenso naturæ adiuta fauore
Excelsos tollit pelago circunflua muros,
Arctatas ponti fauces modica insula claudit,
Quà Titan ortus terras aspergit Eoo.
At quà prospectat Phœbi iuga sera cadentis,

Chartag
non oppi
Idem ibi-
dem.

Pigram in planiciem stagnantes egerit vndas,
Quas auget veniens, refluúsque reciprocat æstus.
Sed gelidas à fronte sedet sublimis ad Arctos
Vrbs imposta iugo, pronúmque excurrit in æquor
Et tutà æterno defendit mœnia fluctu.

Tartessos.

tessos oidum. *Non Tartessiacis illum satiaret arenis*
udian. in *Tempesta pretiosa Tagi.*
finum li.1. *Et Tartessiaci resonabunt littora ponti.*
ing. A- *--Quà Titan populos despectat Eoos,*
Et Tartessiaca pronus quà mergitur vnda.
m in uro.

Emerita oppidum.

erita o- um. *Iure mihi post has memorabere nomen Iberum*
usonius *Emerita: æquoreus quam præterlabitur amnis.*
claris Vr- *Submittit cui tota suos Hispania fasces.*
us. *Corduba non non arce potens, tibi Tarraco certant,*
acara op. *Quæq; sinu pelagi iactat se Bracara diues.*

Bætis fluuius.

tis fl. *Vnctis Bætica prouocas tapetis.*
atius Syl- *Lucanum potes imputare terris,*
r. lib. 2. *Hoc plus quàm Senecam dedisse mundo,*
Aut dulcem generasse Gallionem.
Attollat refluos in astra fontes
Graio nobilior Melete Bætis.
Bætim Mantua prouocare noli.

Pyrenæi

PYRENÆI MONTES PROximè ſequuntur Hiſpaniam. Nam Galliam ab Hiſpania diuidunt.

Pyrenæi ſaltus deſcriptio.

POſt hos Hiſpanos autem Pyrenæus mons, & domicilia Celtarum. Dionyſius

Non ſine eſt tibi partus honos per bella: Pyrene Tibull. lib
Teſtis & Oceani litora Santonici.
At Pyrenæi frondoſa cacumina montis Sil. Ital. li
Turbata Pœnus terrarum pace petebat.
Pyrene celſa nimboſi verticis arce
Diuiſos Celtis altè proſpectat Iberos.
Atque æterna tenet magnis diuortia terris. Pyrenæi montes diuidunt Galliã ab Hiſpania.
Nomen Bebrycia duxere à virgine colles,
Hoſpitis Alcidæ crimen, qui fortè laborum
Gerionis peteret cùm longa tricorporis arua
Poſſeſſus Baccho, ſæua Bebrycis in aula
Lugendam formæ ſine virginitate reliquit
Pyrenem, lethíque Deus (ſi credere fas eſt)
Cauſa fuit lethi miſeræ Deus: edidit aluo
Nanque vt ſerpentem, patrias exhorruit iras,
Confeſtim dulces liquit turbata penates.
Tum noctem Alcidæ ſolis plangebat in antris,
Et promiſſa viri ſyluis narrabat opacis,
Donec mœrentem ingratos raptoris amores,
Tendentémque manus, atque hoſpitis arma vocantem
Diripuere feræ: laceros Tirynthius artus
Dum remeat victor, lachrymis perfudit, & amens
Palluit inuento dilectæ virginis ore.
Ac voce Herculea percuſſa cacumina montis

Intremuere iugis, mæsto clamore ciebat
Pyrenæi montes vnde dicti. *Pyrenem, scopulique omnes, ac lustra ferarum*
Pyrenem reboant, tumulo tum membra reponit
Supremum illachrymans, nec honos intercidet æuo,
Defletúmque tenent montes per secula nomen.
Iámque per & colles, & densos abiete lucos
Bebriciæ Pœnus fines transcenderat aulæ.
Lucanus li.4. *Iámque Pyrenææ, quas nunquam soluere Titan*
Eualuit, fluxere niues, fractóque madescunt
Saxa gelu. --
Claudian. de bello Getico. *Nónne velut capta rumor miserabilis vrbe*
Trans freta, trans Gallos, Pyrenæúmque cucurrit.

GALLIA POST PYRENÆOS montes occurrit littus maris Mediterranei legenti.

Virgilius Aeneidos lib.6. *Gallorum mores.* --
--*sternet Pœnos, Gallúmque rebellem.*
Ouid. Fast. lib.6. *Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis.*
Te non pauentis funera Galliæ,
Horatius carminum lib.4. *Te non vicino remorabitur obuia Marte Gallia.*
Tibull. lib.4.

Galliæ descriptio.

Lucan. lib.1. *Cæsar vt acceptum tam prono milite bellum,*
Fatáque ferre videt, ne quo languore moretur
Fortunam, sparsas per Gallica rura cohortes
Lemannus lacus. *Euocat, & Romam motis petit vndique signis,*
Vogesius mons. *Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno,*
Lingones. *Castráque, quæ Vogesi curuam super ardua rupem*
Isara fl. in *Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.*
Rhodanum influit. *Hi vada liquerunt Isara, qui gurgite ductus*

Per

Per tam multa suo, fame maioris in amnem
Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit vndas.
Soluuntur flaui longa statione Rhuteni: Rhuteni.
Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas, Atax.
Finis & Hisperiæ promoto milite Varus: Varus fl. [...] mes Galliæ
Quáque sub Herculeo sacratus nomine portus
Vrget rupe caua pelagus: non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus: solus sua littora turbat
Circius, & tuta prohibet statione Monœci. Monœchu[...] portus, nu[...] Monachus dictus.
Quáque iacet littus dubium, quod terra, fretúmque
Vindicat alternis vicibus cùm funditur ingens
Oceanus, vel cùm refugis se fluctibus aufert.
Ventus, ab extremo pelagus sic axe volutet,
Destituátque ferens, an sidere mota secundo
Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuet auris
Flammiger an Titan vt alentes hauriat vndas,
Erigat Oceanum, fluctúsque ad sidera tollat,
Quærite, quos agitat mundi labor, at mihi semper
Tu quæcunque moues tam crebros causa meatus
Vt superi voluere, lates: tunc rura Nemetis Nemetes [...]
Qui tenet, & ripas Satyri, quà littore curuo Satyrus fl.
Molliter admissum claudit Tarbellicus æquor, Tarbelle & Tarbellic[...] mare.
Signa mouet, gaudétque amoto Santonus hoste: Santones [...] puli.
Et Biturix, longísque leues Axones in armis: Bituriges [...] Axones p[...]
Optimus excusso Leucus, Rhemúsque lacerto. Leuci po[...] Rhemi p[...]
Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis, Sequani [...] puli.
Et docilis rector rostrati Belga couini: Belgæ po[...]
Aruernique ausi Latios se fingere fratres, Aruerni [...]
Sanguine ab Iliaco populi: nimiúmque rebellis
Neruius, & cæsi pollutus sanguine Cottæ: Neruij p[...]
Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones, Batauíque truces, quos ære recuruo Vangion[...] populi.
Stridentes acuere tubæ: qua Cinga pererrat Bataui p[...] Cinga fl.

Rhodanus fl. *Gurgite, quà Rhodanus raptum velocibus vndis*
Araris fl. *In mare fert Ararim: quâ montibus ardua summis*
Gebennæ vrbs. *Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.*
Tu quoque lætatus conuerti prælia Treuir:
Treuiri pop. Ligures pop. *Et nunc tonse Ligur quondam per colla decora*
Comata Gallia. *Crinibus effusis toti prælate Comatæ:*
Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates & Hesus, dei Gallorum. *Teutates, horrénsque feris altaribus Hesus,*
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.
Taranis deus Gallorum. *Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas*
Laudibus in longum vates dimittitis æuum,
Bardi sacerdotes Gallorum. *Plurima securi fudistis carmina Bardi.*
Et vos barbaricos ritus, morémque sinistrum
Druidæ sacerdotes Gallorum. *Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis.*
Solis nosse deos, & cœli numina vobis,
Aut solis nescire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis: vobis auctoribus, vmbræ
Non tacitas Erebi sedes, ditísque profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ, canitis si cognita, vitæ
Mors media est. certè populi, quos despicit Arctos,
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud vrget lethi metus. Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis, & ignauum est rediture parcere vitæ.
Chaici populi. *Et vos crinigenos bellis arcere Chaicos*
Rhenus fl. *Oppositi petitis Romam, Rhenique feroces*
Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.

Gallia

GALLIA DIVIDITVR IN tres partes, Belgicam, Celticam, Aquitanicam, cui addita fuit Narbonensis.

Narbonensis Galliæ descriptio.

IN de truces flauo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit, Claudianus in Rufinum lib. 2.
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus,
Quósque rigat retro pernicior vnda Garumnæ. Narbonēses populi. Rhodanus fl. Araris fl. Rhenus fl. Garumna fl.
At gregis allapsu fremebundo territus acris Sil. Ital. lib. 3.
Expauit moles Rhodanus, stagnísque refusis
Torsit arenoso minitantia murmura fundo.
Iámque Tricastinis incedit finibus agmen, Tricastini populi.
Iam faciles campos, iam rura Vocuntia carpit. Vocuntij populi.
Turbidus hic truncis, saxísque Druentia lætum Druentia fluuius, eiúsque descriptio.
Ductoris vastauit iter. Nanq; Alpibus ortus Alpes.
Auulsas ornos, & adesi fragmina montis
Cum sonitu voluens fertur latrantibus vndis,
Ac vada translato mutat fallacia cursu.
Non peditifidus, patulis non puppibus æquus,
Et tunc imbre recens fuso, correpta sub armis
Corpora multa virûm spumanti vertice torquens
Immersit fundo laceris deformia membris.
Hunc fore Aquitanas posset qui fundere gentes, Tibull. lib. 1.
Quem tremeret forti milite victus Atax. Aquitania Gallia. Atax fl.

Celtæ populi Galliæ.

Quin etiam ingenio fluxi, sed prima feroces Sil. Ital. lib. 8.

Vaniloquum, Celta, genus, ac mutabile mentis,
Respectare domos, marebant cade sine vlla
(Insolitum sibi) bella geri, siccásque cruore
Inter tela siti Mauortis hebescere dextras.

Flumina Galliæ celebriora.

Idem ibidẽ. Arar. Rhodanus. Garumna. Carnuti pop. Liger fl. *Auson. Edyl.* 10. Axona fl. Matrona fl. Carantonus fluuius. Duras fl. Tarnes fl. Mosella fluuius, eiúsque descriptio. Aturrus fl.

Testis Arar, Rhodanúsque celer, magnúsque Garumna,
Carnuti & Flaui, carula lympha Liger.
Non tibi se Liger anteferet, non Axona praceps,
Matrona non Gallos, Belgósque intersita fines,
Santonico refluus non ipse Carantonus astu.
Concedes gelido Duras de monte volutus
Amnis: & auriferum postponet Gallia Tarnem.
Insanúmque ruens per saxa rotantia latè
In mare purpureum, domina tamen ante Mosella
Numine adorato, Tarbellius ibit Aturrus.
Corniger extremas celebrande Mosella per oras,
Nec solis celebrande locis, vbi fonte supremo
Exeris auratum taurina frontis honorem:
Quaq; trahis placidos sinuosa per arua meatus:
Vel quà Germanis sub portubus ostia soluis:
Si quis honos tenui volet aspirare Camena,
Perdere si quis in his dignabitur ocia musis,
Ibis in ora hominum, lætóque fouebere cantu.
Te fontes, viuique lacus, te carula noscent
Flumina: te veteres, pagorum gloria, luci,

Druna fl. Druentia fl.

Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis,
Alpinique colent fluuij, duplicémque per vrbem

Rhodanus fluuius diuidit Arelate oppidum. Garumna fl.

Qui meat, & dextra Rhodanus dat nomina ripa.
Te stagnis ego caruleis, magnúmque sonoris
Amnibus, aquorea te commendabo Garumna.

Vasco-

Vascones.

—Ultimus autem
Qui stetit absumpto iam toto corpore ductis
Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.
Vascones (fama est) alimentis talibus usi
Produxere animas: sed res diuersa, sed illic
Fortunæ inuidia est, bellorúmque ultima, casus
Extremi, longæ dira obsidionis egestas.

Iuuenalis Sat. tyr. 15.
Vascones populi Galliæ.

Narbo ciuitas.

Nec tu Martie Narbo silebere: nomine cuius
Fusa per immensum quondam prouincia regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos.
Insinuant quâ se Sequanis Allobroges oris:
Excludúntque Italos Alpina cacumina fines:
Quà Pyrenaicis niuibus dirimuntur Iberi:
Quà rapitur præceps Rhodanus, genitore Lemanno,
Interiúsque premunt Aquitanica rura Gebennæ,
Usque in Teutosagos primæuo nomine Belcas,
Totum Narbo fuit. Tu Gallia prima togati
Nominis attollis Latio proconsule fasces.
Quis memoret portúsque tuos, montésque, lacúsque.
Quis populos vario discrimine vestis, & oris?
Quodq́ tibi quondam Pario de marmore templum
Tantæ molis erat, quantam non sperneret olim
Tarquinius, Catulúsque iterum, postremus & ille
Aurea qui statuit Capitoli culmina Cæsar?
Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora: te classes Libyci, Siculíque profundi:
Et quicquid vario per flumina, per freta cursu
Aduehitur, toto tibi nauigat orbe κατάπλους.

Ausonius de claris. urbibus.
Narbo ciuitas Galliæ.
Allobroges populi Galliæ.
Rhodanus è lacu Lemanno.
Lemãnus lacus.
Gebẽnæ vrbs vicina Aquitanis.
Teutosages populi, Belcæ olim dicti.
Narbo emporium.

Arelate.

Pande duplex Arelate tuos blanda hospita portus,

Idē ibidem.
Arelate Galliæ oppidū.

Gallula Roma Arelas: quam Narbo Martius, & quã
Vienna oppidum Galliæ. *Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.*
Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
Ut mediam facias nauali ponte plateam,
Per quem Romani commercia suscipis orbis,
Nec cohibes: populósque alios, & mœnia ditas:
Gallia quîs fruitur: gremióque Aquitania lato.

Tholosa.

Idẽ ibidẽ. Tholosa oppidum Gallicum. Garumna fl. *Non vnquam altricem nostri reticebo Tholosam,*
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens:
Pérque latus pulchro prælabitur amne Garumna.
Innumeris cultam populis confinia propter
Cæbennę gẽs Aquitaniæ. *Ningida Pyrenes, & pinea Cabennarum,*
Inter Aquitanas gentes, & nomen Iberum.
Quæ modo quadruplices ex se quum effuderit vrbes,
Non vlla exhausta sentit dispendia plebis:
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

Burdigala.

Idẽ ibidem. Burdigala oppidũ Galliæ. *Impia iam dudum condemno silentia: quòd te,*
O patria, insignem Baccho, fluuiísque, viríſque,
Moribus, ingeniíſque hominum, procerúmque senatu,
Non inter primas memorem: quasi conscius vrbis
Exiguæ, immeritas dubitem contingere laudes.
Non pudor hinc nobis. Nec enim mihi barbara Rheni
Ora, nec Arctoo domus est glacialis in Hæmo.
Burdigala est natale solum: clementia cæli
Mitis, vbi & riguæ larga indulgentia terræ.
Ver longum, brumæq; breues, iuga frondea subsunt,
Feruent æquoreos imitata fluenta meatus.
Quadrua murorum species, sic turribus altis
Ardua, vt aërias intrent fastigia nubes.

Distin-

Distinctas internè vias mirere, domorum
Dispositum, & latas nomen seruare plateas.
Tum respondentes directa in compita portas.
Per mediúmque vrbis fontani fluminis alueum:
Quem pater Oceanus refluo quum impleuerit æstu,
Adlabi totum spectabis classibus æquor.
Quid memorem Pario contectum marmore fontem
Euripi feruere freto: quanta vmbra profundi?
Quantus in amne tumor: quanto ruit agmine præceps Gala fluuiolus vnde Burdigala dicta est.
Margine contenti bissena per ostia cursus,
Innumeros populi non vnquam exhaustus ad vsus?
Hunc cuperes, rex Mede, tuis coniungere castris,
Flumina consumpto quum deficere meatu.
Huius fontis aquas peregrinas ferre per vrbes,
Unum per cunctas solitus portare Choaspem.
Salue fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,
Vitree, glauce, profunde, sonore, illimis, opace.
Salue vrbis Genius medico potabilis haustu
Diuona, Celtarum lingua, fons addite Diuis. Diuona fl.
Non Aponus potu, vitrea non luce Nemausus Nemausus fl.
Purior: æquoreo non plenior amne Timauus.
Hîc labor extremus celebres collegerit vrbes.
Vtq́ caput numeri Roma inclyta: sic capite isto
Burdigala ancipiti confirmet vertice sedem.
Hæc patria est: patrias sed Roma superuenit omnes.
Diligo Burdigalam: Romam colo. ciuis in hac sum,
Consul in ambabus. Cuna hîc, ibi sella Curulis.

Santones.

Gallia Santonico vestit te bardocucullo, *Martialis.* Santones populi.
Dimidiásque nates Gallica palla tegit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Galliæ extrema pars ad Oceanum versus Britanniam, seu Angliam.

Britãnia Galliæ extrema.
Claudianus in Rufinum lib. 1.

Est locus, extremum pandit quà Gallia litus,
Oceani prætentus aquis, quò fertur Vlysses
Sanguine libato populum mouisse silentum.
Illic Vmbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus, simulachra coloni
Pallida, defunctásque vident migrare figuras.
Hinc dea prosiliit, Phœbique egressa serenos
Inficit radios, vlulatúque æthera rupit

Britannia. *Terrifico. sensit ferale Britannia murmur,*

Senones. *Et Senonum quatit arma fragor, reuolutáque Tethys*
Substitit, & Rhenus proiecta torpuit vnda.

Rhodanus à Rhoda colonia Rhodiorum dictus.

Rhodanus fluuius, eiúsque descriptio.
Ouidius Fastor. lib. 4.
Metamorph. lib. 2.

Nũc adit Hesperios Rhenũ, Rhodanúmque, Padúmq;.
Hesperiósque amnes, Rhenũ, Rhodanúmq;, Padúmq;.
Indeitruces flauo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

Araris.

Araris fl.
Claudianus in Rufinum lib. 2.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Garumna.

Virgil. Egloga prima.
Garumna fl.
Claudianus in Rufin. lib. 2.

Quosq; rigat retrò pernicior vnda Garumnæ,
Oceani pleno quoties impellitur æstu.

Treueris vrbs.

Treueris oppidũ Galliæ.
Ausonius de claris vrbibus.

Armipotens dudum celebrari Gallia gestit:
Treuericaq; vrbis solium, quæ proxima Rheno,
Pacis vt in mediæ gremio, secura quiescit:
Imperij vires quod alit, quod vestit, & armat.

Lata

Lata per extentum procurrunt mœnia collum.
Largus tranquillo prælabitur amne Mosella, Mosella fl.
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

ALPES MONTES EXCELSI, qui Galliam ab Italia separant.

Ast post hunc deinceps Hetrusca sedes terræ, Alpes.
Atq; huius ad Orientẽ apparet Alpis principiũ, Dionysius.
Cuius per medium deuoluuntur flumina Rheni,
Extremum ad fluentum borealis maris.
Post Rhenum autem exoritur immensus Ister.
Iuppiter hibernas cana niue conspuit Alpes. Horatius S.
Aëriaq; Alpes, & nubifer Apenninus. monũ lib.2.
Sed iam prateritos vltra meminisse labores Ouid. Meta
Conspecta propiùs dempsere pauentibus Alpes: morph. lib.
Cuncta gelu, canáque æternum grandine tecta, Sil. Ital. lib.
Atque æui glaciem cohibent: riget ardua montis
Ætheriæ facies, consurgentíque obuia Phœbo Alpes niu
Duratas nescit flammis mollire pruinas. bus opert
Quantum tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos, atque atræ stagna paludis
A supera tellure patet: tam longa per auras
Erigitur tellus, & cælum intercipit vmbra. Alpium alt
Nullum ver vsquam, nullíque æstatis honores. tudo.
Sola iugis habitat diris, sedésque tuetur
Perpetuas deformis hyems: illa vndique nubes
Huc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.
Iam cuncti flatus, ventíque furentia regna Alpes vent
Alpinâ posuere domo, caligat in altis perflantur.
Obtutus saxis, abeúntque in nubila montes.

Mixtus Athos Tauro, Rhodopéque adiuncta Mimanti,
Ossáque cum Pelio, cúmque Hæmo cesserit Othrys.
Alpes primus Herculles rupit. *Primus inexpertas adiit Tirynthius arces:*
Scindentem nubes, frangentémque ardua montis
Spectarunt superi, longísque ab origine seclis
Intemerata gradu magna vi saxa domantem.
At miles dubio tardat vestigia gressu,
Impia seu sacros in fines arma per orbem,
Naturâ prohibente, ferant, diuísque repugnent.
Lucan. lib. 2. *Gallica rura videt, deuexásque aspicit Alpes.*
Claud. de raptu Proser. lib. 2. *Audiit, & si quem glacies Alpina coercet.*

Allobroges.

Horat. in Epodon libro. *Nouísque rebus infidelis Allobrox.*

INSVBRIA GALLIA & Venetia.

Mediolanum metropolis Insubrum.

Auson. de claris vrbibus. ET *Mediolani mira omnia, copia rerum,*
Innumeræ, cultæq; domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores: tum duplice muro
Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:
Templa, Palatinæq; arces, opulénsque Moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,
Cunctáque marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniáque in valli formam circundata labro.
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt: nec iuncta premit vicinia Roma.

Insu-

Insubrium Gallorum, seu Transalpinæ, & Comatæ Galliæ flumina.

— Ligures, Venetósque erectior amnes
Magna voce ciet: frondentibus humida ripis
Colla leuant, pulcer Ticinus, atque Addua vsu
Caruleus, & velox Athesis, tardúsque meatu
Mincius, inque nouem consurgere ore Timanus.

Ticinus fl. Addua fl. Athesis fl. Mincius fl. Timanus fl. *Claudian. in sexto Consulatu Honorij.*

Eridanus seu Padus, fluuius Insubrium ex Alpibus ortus.

Prope fontes pulchrifluі Eridani.

Dionysius.

At Phaeton rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in praceps, longóque per aera tractu
Fertur: vt interdum de cælo stella sereno,
Et si non cecidit, potuit cecidisse videri.
Quem procul à patria diuerso maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiáque abluit ora.
Naiades Hesperia trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum.

Ouid. Metam. lib. 2.

Phaeton in Padum fl. cecidit cœlo ruens.

Tam multa illa meo diuisa est millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.

Propertius lib. 1. Eridanne Venetus.

Fluuiorum rex Eridanus.

V irg. Georg. lib. 1.

Quóque magis nullum tellus se soluit in amnem
Eridanus, fractásque euoluit in æquora syluas,
Hesperiámque exhaurit aquis. Hunc fabula primum
Populea fluuium ripas vmbrasse corona:
Cúmque diem pronum transuerso limite ducens
Succendit Phaeton flagrantibus athera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure perusta,
Hunc habuisse pares Phœbeis ignibus vndas.
Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis
Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas.
Non minor hic Istro, nisi quòd dum permeat orbem
Ister, casuros in qualibet æquora fontes

Lucan. lib. 2. Eridanus fluuiorum Europæ maximus. Populus in ripis Eridani nascitur.

Eridani comparatio cum aliis fluuiis.

Accipit, & Scyticas exit non solus in vndas.
Verg. Georg. lib. 4. *Et gemina auratus taurino cornua vultu*
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Eridanus fluuius in cœlum translatus.

—luctus
Claudian. de sexto Honorij Consulatu. *Argumenta sui Titan signauit Olympo,*
Mutatúmque senem plumis, & fronte sorores,
Et fluuium, nati qui vulnera lauit anheli.
Stat gelidis auriga plagis, vestigia fratris
Germanæ seruant Hyades, Cycnique sodalis
Lacteus extentas adspergit circulus alas.
Stellifer Eridanus sinuatis fluctibus errans
Clara Noti conuexa rigat, gladióque tremendum
Gurgite sidereo subterluit Oriona.

Trebia fluuius.

Trebia fl. Idem de bello Getico. *Cùm ferus Ausonias perfringeret Annibal arces,*
Et Trebiam sæuo geminassent funere Cannæ.

Thrasimenus fluuius.

Thrasimenus lacus. Sil. Ital. li. 4. & 5. *Nanque ego sum celsis, quem cinctum montibus ambit*
Tmolo missa manus, stagnis Thrasimenus opacis.
At parte è læua restagnans gurgite vasto
Effigiem in pelagi lacus exundabat, inerti
Et latè multo fœdabat proxima limo,
Thrasimenus Aunus olim dictus. *Quæ vada Faunigenæ regnata antiquitus Auno,*
Nunc voluente die Thrasimeni nomina seruant.
Accolę Thrasimeni ex Mæonia Asię regione oriundi. *Lydius huic genitor Tmoli decus, æquore longè*
Mæoniam quondam in latias aduexerat oras
Tyrrhenus pubem, dederátque vocabula terris.
Tubæ bellicæ repertores. *Isq; insueta tubâ monstrauit murmura primus*
Gentibus, & bellis ignaua silentia rupit.

Nec modicus voti, natum ad maiora fouebat.
Verùm ardens puero, castúmque exuta pudorem
(Nam formâ certare Deis Thrasimene valeres)
Littore correptum stagnis demisit Agylle
Flore capi iuuenum primæuo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.
Sollicitæ viridi penitus fouere sub antro
Naiades, amplexus vndosáque regna trementem.
Hinc dotale lacus nomen, latéque Hymenæo
Conscia lasciuo, Thrasimenus dicitur vnda.

Thrasime accolæ Tyrrheni.

Lacus Thrasymenus.

Ticinus.

Narnia Ticinum, Melsis sensére ruinam
—frondentibus humida ripis
Colla leuant, pulcher Ticinus, atque
Addua visu—
—Cæruleus.
Hæc ait, atque agmen Ticini flectit ad vndas.
Cæruleas Ticinus aquas, & stagna, vadoso
Perspicuus seruat turbari nescia fundo,
Ac nitidum viridi lentè trahit amne liquorem.
Vix credas labi, ripis tam mitis opacis
Argutos inter volucrum certamina cantus
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.

Ticinus fl. *Paling. Scorpius.* *Claud. de sexto Honorij consulatu.*

Sil. Ital. li. 4

Ticinus fl. lenissimus.

Mincius fluuius.

Hic viridis tenera prælexit arundine ripas
Mincius, éque sacra resonant examina quercu.
Huic quoque quingentos in se Mezentius armat.
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.

Mincius fl. *Vergil. eg. 7* *Idem lib. 10 Aeneid.* Benacus lacus.

Timanus fluuius.

—Antenor potuit
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui,
Unde per ora nouem magno cum murmure montis,

Timanus fl. *Vergil. lib. 1. Aeneid.*

It mare praruptum, & pelago premit arua sonanti
Hîc tamen ille vrbem Pataui: sedésque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit. armáque fixit
Troïa.

Aponus fons.

Aponus fons. Lucanus li. 7. Phars.

Euganeo, si vera fides memorantibus, augur
Colle sedens, Aponus terris vbi fumifer exit,
Atque Agenorei dispergitur vnda Timani.

Vrbes insubrium Gallorum.

Verona op. Claudian. de sexto Honorij Consulatu. Pollentia oppid. Asta oppid. Verona oppid.

Tu quoque non paruum Getico Verona triumpho
Adiungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Asta.

Verona.

Mantua Virgilio debet, Verona Catullo.

Mantua vnde dicta.

Mantua oppid. Virgil. li. 10. Aeneidos. Manthus. Mantua in tres tribus diuisa. Mantua fertilis. Idem lib. 2. Georgicon.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidica Manthûs, & Tusci filius amnis:
Qui muros, matrísque dedit tibi Mantua nomen.
Mantua diues auis: sed non genus omnibus vnum.
Gens illi triplex, populi de gente quaterni:
Ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso flumine cycnos.
Non liquidi gregibus fontes, non pascua desunt.

Rauenna.

Rauenna. Claudia. in vj. consulat. Honor.

Et antiqua muros egressa Rauenna.

Mutina.

Mutina. Horat. lib. Epod. od. 16.

—Quando
Padus Mutina

Lauerit

Lauerit cacumina.

Patauium.

Hic tamen ille vrbem Pataui, sedésque locauit Teucrorum. Pataulum. Vergil.lib.1. Aeneid.

Cremona.

Mantua væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ. Cremona.

De his ipsis vrbibus vide inf.in fine descriptionis Italiæ quę transcripta est ex Silio Italico.

ALPES ET INSVBRES ITALIA sequitur, quæ Hesperia ab Hespero, & Saturnia à Saturno, & Oenotria, ab Oenotris, & Ausonia ab Ausonibus dicta est.

Est locus: (Hesperiam Graij cognomine dicunt) Virgil.lib.7 Aeneidos.
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Est locus: (Hesperiam Graij cognomine dicunt) Hesperia.
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ: Idem lib.3.
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores Oenotria.
Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Italia.
Hæ nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiúsque pater, genus à quo principe nostrum.
Nec non Ausonij, Troiâ gens missa, coloni Ausonia.
Versibus incomptis ludunt, risúque soluto, Idem lib.2.
Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis. Georgicon.
Mittuntur proceres. Phrygiæ tunc sceptra tenebat Ouidius fast. lib.4.

Attalus: Ausoniis rem negat ille viris.

Idem in eodẽ libro. *Reddita Saturno sors hæc erat, Optime regum*
A nato sceptris excutière tuis.

Saturnia. Idem lib. 6. Fast. *Si genus adspicitur, Saturnum prima parentem*
Feci, Saturni sors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est:
Hæc illi à cælo proxima terra fuit.

Saturnus primus Italiæ rex. *Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo*
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.

Virgil. Aeneid. lib. 8. *Is genus indocile, ac dispersum montibus altis*
Composuit, legésque dedit, Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Italorũ mores quales primùm fuerint. *Aureáque, vt perhibent, illo sub rege fuerunt*
Sæcula, sic placidà populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.

Ausonij & Siculi primi post Saturnũ Italiã ex peregrinis occuparunt. *Tum manus Ausonia, & gentes venere Sicanæ:*
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.

Sita ex aduerso Illyriæ ad mare superum siue Adriaticum.

Ouid. Trist. lib. 1. *Nam procul Illyricis læua de parte relictis*
Interdicta mihi cernitur Italia.

Ex aduerso Carthaginis ad mare Inferum.

Virgil. lib. 1. Aeneid. *Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,*
Carthago, Italiam contra, Tyberináque longè
Ostia.—

Italiæ laus.

Virgil. lib. 2. Georg. *Sed neque Medorum sylua, ditissima terra,*
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus

Laudi-

Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neque Indi,
Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem — Non alit mõstra.
Inuertere, satis immanis dentibus Hydri:
Nec galeis, densísq; virûm seges horruit hastis: — Italia fertilissima vini & frugum.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæq;, armentáque læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus — Clitumnus fluuius niueos greges pascit.
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.
Hîc ver assiduum, atque alienis mensibus æstas.
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos. — Italia mitissima regio, &c.
At rabidæ Tigres absunt, & sæua Leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes: — Venena non fert.
Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem, — Italia populosa.
Tot congesta manu præruptis oppida saxis, — Italia fluminibus & aquis abundat.
Fluminaque antiquos subter labentia muros.
An mare, quod supra, memorem, quodq́; alluit infra?
Anne lacus tantos? te Lari maxime, téque — Mare Adriaticum, & mare Tyrrhenũ.
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus, Lucrinóque addita claustra, — Larius lacus.
Atque indignatum magnis stridoribus æquor, — Benacus lacus.
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso, — Lucrinus lacus.
Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis? — Auernus lacus.
Hæc eadem argenti riuos, ærísque metalla — Metalli ferax.
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marsos, pubémque Sabellam, — Marsi pop.
Assuetúmque malo Ligurem, Volcósque verutos — Sabelli pop.
Extulit: hæc Decios, Marios, magnósque Camillos, — Ligures.
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar, — Volci pop.

Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm.—

Italiæ ſummaria deſcriptio.

Dionyſius. *Media autem ambarum panditur Auſonia tellus,*
Longè extenta: quam quidem mediã mons bifariã ſecat
Rectus, velut ab amuſſi directus (non illum
Peritus reprehendere poſſet docta miniſter Palladis)
Apenninus mons mediã Italiam diuidit. *Quem Apenninum vocant. è ſeptentrionali verò*
Alpi incipiens, Siculo in fretro deſinit.
Multæ autem illi gentes vtrinque ſunt:
Quas tibi facilè omnes recenſebo,
Orſus à latere occidentali à borea.
Tyrrheni. Græci Italiam coluerunt. *Tyrrheni quidem primùm, poſt hos autem gentes Pelaſgorum,*
Arcades Italiam habuerunt, qui Auſones dicti. *Qui quondam è Cyllene in occiduum mare profecti,*
Illic habitarunt cum viris Tyrrhenis.
Poſt hos autem ſagax gens illuſtrium eſt Latinorum,
Latini pop. *Terram incolentes amabilem, quam per mediam*
Tyberis fl. *Tymbris tractus limpidum fluentum in mare mittit:*
Tymbris pulchrifluus, fluuiorũ maximè regalis aliorũ,
Tymbris qui amabilem ſecat in duas partes Romam,
Romã vrbs. *Romam honorabilem, meorum magnam domum principum [dominorum]*
Matrem omnium vrbium opulentam ſedem.
Cãpani pop. *Poſt hanc autẽ Campanorũ pingue ſolum: vbi domiciliũ*
Parthenope. *Caſtæ Parthenopes, ſpicarum onuſtum manipulis*
Parthenopes, quam pontus ſuis ſuſcepit ſinibus.
Silarus fl. Peucétini populi. *Cæterùm ad Auſtrũ, valde multũ vltra Sireniã petrã,*
Apparent fluenta Peucentini Silari.
Lucani pop. Brutij pop. *Propè verò Lucani, & Brentij [Brutij] viri ſunt,*

Tantum

Tantum incolentes quantum ad Leucopetram terræ cõtinentis superest. Leucopetra promontorium Italiæ.
Illinc verò ad Boreũ Zephyriũ apparet promontoriũ:
Sub hoc verò Locri sunt, qui prioribus annis Locri populi vnde.
Venerunt in Ausoniam, quum rem habuissent cum suis dominabus:
Quorum etiam hodie genus est adfluenta Alecis. Ales fl.
Post hos autem deinceps Metapontij: prope autem ipsos Metapontij populi.
Optabile oppidum bene coronatæ [bonis mœnibus munitæ] Crotonis, Croton oppidum.
Quod incolitur amœni apud Æsari fluenta: Æsarus fl.
Vt excelsam videas Liciniæ ædem Iunonis. Liciniæ Iunonis templum.
Est autem etiam ibi Ioue valde irato
Infelix Sybaris incolas gemens interemptos, Sybaris oppidum.
Qui insanierunt supra modum ob Alphei præmia.
Saunitæ [Samnites] post hos mediterraneam terram occupant, Samnites populi.
Et Marsorum veloces gentes. Tarentum verò prope mare iacet, Marsi populi.
Quod olim Amyclæorum [Lacedæmoniorum] condidit fortis Mars. Tarentum oppidum à quo cõditũ
At deinceps post hos Calabricæ sedes terræ, Calabria populi.
Gentésque Iapygum extentæ vsque ad Hyrium Iapyges populi.
Maritimam: Hyrium, vbi trahitur Adrium salum,
Mare in finitimum Aquileensè: vbi condita est Hydrũtium oppidum.
Vrbs Tegastræorum, intimis in finibus maris. Tegæstræi populi.
Tot quidem Ausoniã circumdepascũtur gẽtes terram.

Italiæ veteris mores.

Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit? *Virg lib.9. Aeneid.*
Non hîc Atridæ, nec fandi victor Vlysses.
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, sæuóque gelu duramus, & vndis.

Itali pueros, vt primùm nati erãt, vndis immergebant.

Venatu inuigilant pueri syluásque fatigant.
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruóque assueta iuuentus
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, versáq; iuuencûm
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutátque vigorem:
Caniciem galea premimus, sempérque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Idem lib. 7. Aeneid.

Bella quomodo indicebãt Itali veteres.

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima mouent in prælia Martem,
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hircanísve, Arabisve parant, seu tendere ad Indos,
Aurorámque sequi, Parthósque reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis.
Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabea, cinctúque Gabino
Insignis reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cætera pubes:
Æreáque assensu conspirant cornua rauco.

Facetiis assueti Itali.

Idem lib. 2. Georg.

Necnon Ausonij, Troiâ gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, risúque soluto,
Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis,
Et te Bacche vocant per carmina læta, tibíque
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Italiæ veteris descriptio.

Virgil. lib. 7. Aeneid.

Pandite nunc Helicona, deæ, cantúsque mouete.
Qui bello exciti reges, quæ quemq; secutæ

Com-

Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis,
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, agminaq; armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni:
Lausus equûm domitor, debellatórque ferarum,
Ducit Agillina nequidquam ex vrbe secutos
Mille viros, dignus patriis qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victorésque ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeóque insigne paternum,
Centum angues, cinctámque gerit serpentibus hydram:
Collis Auentini syluâ quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit oras,
Mista deo mulier, postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenóque boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu, sæuósque gerunt in bella dolones,
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis,
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeóque humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillúsque, acérque Coras, argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur.
Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis,
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,

Mezentius Rex Italiæ. Lausus. Tyrrheni populi primi Italiæ, qui Hetrusci & Thusci dicti sunt. Agillina oppidum.

Auentinus mons vnde dictus.

Tybur ab Argiuis conditum opidum Italiæ.

Præneste op.

Inuentúmque focis omnis quem credidit ætas,
Cæculus; hunc legio latè comitatur agrestis:
Gabij oppidum. Quíque altum Præneste viri, quíque arua Gabinæ
Anien fl. Iunonis, gelidúmque Anienem, & roscida riuis
Hernici pop. Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
Anagnia oppidum. Quos Amasene pater. Non illis omnibus arma,
Amasenus fl. Nec clypei, currúsue sonant, pars maxima glandes
Volscorum armatura. Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu, fuluósque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituere pedis: crudus tegit altera pero.
At Messapus equûm domitor, Neptunia proles,
Fescennini populi. Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Falisci pop. Iampridem resides populos, desuetáque bello
Soracte mōs. Agmina in arma vocat subito, ferrúmque retractat.
Cyminius lucus. Hi Fescenninas acies, æquósque Faliscos,
Capenius lucus. Hi Soractis habent arces, Flaminiáque arua,
Sabini pop. Et Cymini cum monte lacum, lucósque Capenos.
Amiterni po. Ibant æquati numero, regémque canebant.
Quirites po. Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Eretum oppidum. Agmen agens Clausus, magníque ipse agminis instar,
Mutuscæ oppidum. Claudia nunc à quo diffunditur, & tribus, & gens
Nomentum. Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis:
Rosea opp. Velini pop. Vnà ingens Amiterna cohors, priscíque Quirites,
Tetrica rupes. Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutuscæ:
Qui Nomentum vrbem, qui Rosea rura Velini,
Seuerus mōs. Qui Tetricæ horrentes rupes, montémque Seuerum,
Casperia oppidum. Casperiámque colunt, Forulósque, & flumen Himellæ:
Foruli opp. Himella fl. Qui Tiberim, Fabarímque bibunt, quos frigida misit
Tiberis fl. Fabaris fl. Nursia: & Hortinæ classes, populíque Latini:
Nursia oppi. Quósque secans infaustum interluit Allia nomen.
Hortinum oppidum. Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Allia fl. Curru iungit Halesus equos, Turnóque feroces,

Mille

Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos te collibus altis
Arunci misere patres, Sidicináque iuxta
Æquora, quíque Cales linquunt, amníſque vadosi
Accola Volturni, pariterque Satilicus asper,
Oscorúmque manus: teretes sunt acclides illis
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit: falcati comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale: quem generasse Telon Sebetide Nympha
Fertur, Teleboûm Capreas cùm regna teneret
Iam senior: patriis sed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus,
Quíque Rufas, Batulúmque tenent, atq; arua Celenæ,
Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ
Teutonico ritu soliti torquere cateias:
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:
Æratæq; micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ misere in prælia Nursæ,
Vfens, insignem fama, & felicibus armis:
Horrida præcipuè cui gens, assuetáque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.
Armati terram exercent, sempérque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis missus fortissimus Vmbro:
Vipereo generi: & grauiter spirantibus hydris:
Spargere qui somnos cantúque, manúque solebat,
Mulcebátque iras: & morsus arte leuaba[t]:
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit, neque eum iuuere in vulnera cantus

Massici pop[uli]
Aurunci po[puli]
Cales oppi[dum].
Volturnus f[l].
Satilici pop[uli]
Campaniæ.
Osci popul[i]

Oebalus ve[ne]tus rex Ca[preæ] infula[e]
Sebetis fl.
Teleboi pop[uli]
Capreæ insu[la].

Sarrastæ po[puli]
Sarnus fl.
Rufæ oppi[dum]
Batulum op[pidum].
Celenne op[pidum].
Abella opp[i]dum.
Nursa opp.
Vfens fl.

Æquicolæ populi.

Marrubij po[puli].

Vmbri popu[li].

Marsi pop. *Somniferi, & Marsis quæsita in montibus herbæ.*
Fucinus lacus. *Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,*
Te liquidi fleuêre lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Aricia oppidum Latij. *Virbius: insignem quem mater Aricia misit*
Eductum Ægeriæ lucis Hymettia circum
Ægeriũ nemus, vnde dictum. *Litora, pinguis vbi, & placabilis ara Dianæ.*
Nanque ferunt fama Hippolytũ, postquã arte nouercæ
Occiderit, patriásque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis ad sidera rursus
Æthera, & superas cœli venisse sub auras:
Pæoniis reuocatum herbis & amore Dianæ.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vita,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & nymphæ Ægeriæ, nemoríque relegat:
Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versóque vbi nomine Virbius esset.
Ariciæ templum Dianæ sacratum. *Vnde etiam Triuiæ templo, lucísque sacratis*
Cornipedes arcentur equi, quòd litore currum,
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
Agmina densantur campis, Argiuáque pubes,
Rutuli pop. *Auruncæq; manus, Rutuli, veterésque Sicani,*
Sicani pop. Sarrana op. *Et Sarranæ acies, & picti scuta Labici:*
Labici pop. *Qui saltus Tiberine tuos, sacrúmque Numici*
Numicus fl. Circæũ promontorium. *Littus arant, Rutulósque exercent vomere colles,*
Circæúmque iugum, queis Iupiter Anxuris aruis
Anxur op. Feronia lucus. *Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco:*
Quà Saturæ iacet atra palus, gelidúsque per imas
Saturæ pal'. Vfens fl. *Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.*
Volsci pop. *Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.*

Italiæ

Italiæ alia deſcriptio recentior.

Faunigenæ ſocio bella inuaſere Sicano Sil.Ital.lib 8.
Sacra manus Rutuli, ſeruant qui Daunia regna, Rutuli po
Laurentique domo gaudent, & fonte Numici. Dauni po; Numicus
Quos caſtrũ, Phrygiíq; grauis quondã Ardea miſit. Ardea op.
Quos celſo deuexa iugo Iunonia ſedes
Lauinum, ac altrix caſti Collatia Bruti: Lauinũ op Collatia c
Quique immite nemus Triuiæ, quique oſtia Tuſci
Amnis amant, trepidóque fouent Almone Cybelem. Almon fl.
Hinc Tybur Catille tuum, ſacriſque dicatum Tybur op
Fortunæ Præneſte iugis, Antemnáque priſco Præneſte c
Cruſtumio prior, atque habiles ad aratra Labici: Anténa op Cruſtumiu op.
Necnon ſceptriferi qui potant Tybridis vndam,
Quiq; Anienis habent ripas, gelidóque rigantur Anien fl.
Simbriuio, raſtríſque domant Æquicola rura. Æquicolæ populi.
His Scaurus monitor, tenero tunc Scaurus in æuo, Simbriuiu fl.
Sed iam ſigna dabat naſcens in ſecula virtus.
Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo, Latinorũ armatura.
Nec mos pennigeris pharetram impleuiſſe ſagittis:
Pila volunt, breuibúſque habiles mucronibus enſes,
Aere caput tecti, ſurgunt ſuper agmina triſtis.
At quos ipſius menſis ſepoſta Lyæi
Setia, & incelebri miſerunt valle Velitræ, Setia op.
Quos Cora, quos ſpumans inimico Signia muſto, Velitræ op dum Vol rum.
Et quos peſtifera Pontini vligine campi, Cora op.
Qua Saturæ nebuloſa palus reſtagnat, & atro Signia opi Latij.
Liuentes cœno per ſqualida turbulus arua Satura pa
Cogit aquas Vfens, atque inficit æquora limo, Vfens fl. Limoſus.
Ducit auis pollens, nec dextra indignus auorum Scæuola.
Scæuola, cui dira celatur laudis honora
Effigie clypeus, flagrant altaribus ignes.
Tyrrhenũm valli medio ſtat Mutius ira,
In ſemet verſa, ſæuitq; in imagine virtus.

Tunc icti specie ruere acri in bella magistro,
In *Cernitur effugiens ardentem Porsena dextram.*
Circæū promont. *Queis Circæa iuga, & scopulosi verticis Anxur,*
Hernici pop. *Hernicáque impresso raduntur vomere saxa,*
Anagnia po. *Queis putri pinguis sulcaris Anagnia gleba.*
Ferentini populi. *Sylla Ferentinos, Priuernatúmque maniplos*
Priuernates populi. *Ducebat simul excitos, Soraq́ iuuentus*
Sora oppid. *Addita fulgebat telis, hîc Scaptia pubes,*
Scaptia opp. *Hîc Fabrateriæ vulgus, nec monte niuoso*
Fabrateria oppidum. *Descendens Atina aberat, detritáque bellis*
Atina oppid. *Suessa, atque à duro Frusino haud imbellis aratro.*
Suessa opp. *At qui Fibreno miscentem flumina Lyrim*
Lyris fl. Fibrenus fl. *Sulfureum, tacitísque vadis ad littora lapsum*
Arpinas po. *Accolit Arpinas, accita pube Venafro,*
Larinates pop. *Ac Larinatum dextris socia hispidus arma*
Aquinum oppidum Latij. *Commouet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.*
Tullius aratas raptabat in agmina turmas
Ciceronis auus in bello punico turmas duxit. *Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto:*
Indole proh quanta iuuenis, quantúmque daturus
Ausoniæ populis ventura in secula ciuem.
Ille super Gangem super exauditus & Indos,
Implebit terras voce, & furialia bella
Fulmine compescet lingua, nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam sperare nepotum.
Amiterna oppidum Campan. *Ecce inter primos Theramæo à sanguine Clausi*
Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis,
Reate opp. *Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens*
Foruli opp. *Casperula, hunc Foruli, magnaq́ Reate dicatum*
Casperula oppidum. *Cælicolûm matri, nec non habitata pruinis*
Sabini. Nursia opp. *Nursia, & à Tetrica comitantur rupe cohortes:*
Tetrica rupes. *Cunctis hasta decus, clypeúsque refertur in orbem,*
Sabini à Sācto dicti. *Vertice & implumes, & læui cortice cruris*
Ibant, & læti pars Sanctum voce canebant.

Authorem gentis, pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.
Et qui Picenæ stimulat telluris alumnos,
Horridus, & squamis, & equina Curio crista, [Picenus ag populosissimus.]
Pars belli quàm magna venit, non æquore verso
Tam creber fractis albescit fluctus in vndis,
Nec cœtu leuiore, vbi mille per agmina virgo
Lunatis acies imitatur Martia peltis,
Perstrepit & tellus. & Amazonius Thermodoon.
Hic & quos pascunt scopulosa rura Numanæ, [Numana op Piceni.]
Et queis littoreæ fumant altaria Cupræ, [Cupra opp.]
Quique Truentinas seruant cum flumine turres
Cernere erat, clypeata procul sub sole corusco
Agmina, sanguinea vibrant in nubila luce.
Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon, [Ancon opp. tincturis celebre.]
Murice nec Libyco: státque humectata Vomano
Adria, & inclemens hirsuti signifer Asculi [Adria oppi.]
Vepicus quondam nomen memorabile ab alto [Vomanus fl.]
Saturno statuit genitor, quem carmine Circe [Asculú opp.]
Exutum formæ volitare per æthera iussit, [Græci Italiā posséderunt.]
Et sparsit plumis croceum fugientis honorem.
Ante (vt fama docet) tellus possessa Pelasgis,
Queis Æsis regnator erat, fluuióque relinquit [Æsis fluuius.]
Nomen, & à sese populos tum dixit Asilos. [Asili populi.]
Sed non ruricolæ firmarunt robore castra
Deteriore cauis venientes montibus Vmbri, [Vmbria.]
Hos Æsis, Sapísque lauant, rapidásque sonanti [Sapis fl.]
Vertice contorquens vndas per saxa Metaurus, [Vmbriæ. Metaurus fl.]
Et leuat, ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum, Nárque albescentibus vndis [Nar fluuius.]
In Tybrim properans, Tiniæq; inglorius humor. [Tinia fl.]
Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena: [Clanis fl. Rubico fl. Senæ oppid.]

Vmbria. *Sed pater ingenti medios illabitur amne*
Albula fl. siue Tiberis. *Albula,& immota perstringit mœnia ripa.*
Arna oppid. Vmbriæ. *His vrbes, Arna,& latis Meuania pratis,*
Meuania op. *Hispellum & duro monti per saxa recumbens*
Hispellum oppidum. *Narnia, & infestum nebulis humentibus olim*
Narnia opp. *Inginum,patulóque iacens sine mœnibus aruo*
Inginum op. *Fulginia:his populi fortes Amerinus,& armis*
Fulginia op. Ameria opp. *Vel rastris laudande Camers,his Sarsina diues*
Camere opp. *Lactis,& haud parci Martem coluisse Tudertes.*
Sarsina opp. Tuder opp. *Ductor Piso viros spernaces mortis agebat.*
Vmbriæ. *Ore puer,puerique habitu,sed corde sagaci*
Æquabat senium atque astu superauerat annos.
Is primùm ante aciem pictis radiabat in armis
Arsacidum,& fuluo micat ignea gemma monili.
Hetruria. *Iámque per Hetruscos legio completa maniplos*
Rectorem magno spectabat nomine Galbam,
Huic genus orditur Minos,inuisáque tauro
Pasiphae,claríque dehinc stant ordine patres.
Cere oppid. Hetruriæ. *Lectos Cere viros,lectos Cortona superbi*
Cortona op. *Tarcontis domus,& veteres misera Grauiscæ.*
Grauiscę op. *Nec non Argolico dilectum littus Aleso*
Alesus fl. Fregellæ op. *Alsium,& obsessæ campo squalente Fregellæ.*
Alsium opp. Hetruriæ. *Affuit & sacris interpres fulminis alis*
Fesulæ opp. *Fesula,& antiquus Romanis mœnibus horror*
Hetruriæ. *Clusinum vulgus,cùm Porsena magne iubebas*
Clusium op. Hetruriæ. *Nequicquam pulsos Romæ imperitare superbos.*
Luna oppid. *Tunc quos à niueis exegit Luna metallis*
Insignis portu,quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates,& claudere pontum.
Vetulonia oppidum atque illius laus. *Mæoniaq́; decus quondam Vetulonia gentis,*
Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces,
Et iunxit totidem tacito terrore secures,
Hæc altas eboris decorauit honore curules,

Et

Et princeps Tyrio veſtem prætexuit oſtro.
Hæc eadem pugnas accendere protulit ære.
Hos iuxta Nepeſina cohors, æquique Faliſci,
Quique tuos Flauina focos, Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul, & ſacrum phœbo Soracte frequentant:

Nepe op[p...] Faliſci po[...] Sabatia fo[...] Ciminus [...] cus. Sutrium [...] Soracte m[...]

Spicula bina gerunt, caput his cudone ferino
Stat cautum, Lycios damnant haſtilibus arcus,
Hæ bellare acies norant. At Marſica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare ſoporem,
Vipereúmque herbis hebetare, & carmine dentem.

Marſi pop[...] incantato[...] ſerpentun[...]

Æetæ prolem Anquitiam mala gramina primam
Monſtrauiſſe ferunt, tactúque domare venena,
Et Lunam excuſſiſſe polo ſtridoribus amnes
Frænanten, ac ſyluis montem nudaſſe vocatis.
Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes
Cum fugeret Phrygios trans æquora Martia Crenos,
Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine loton.

Marſi vnd[...]

Maruuium veteris celebratum nomine Marri
Vrbibus eſt illis caput, interiórque per vdos
Alba ſedet campos, pomíſque rependit ariſtas.

Marruuiu[m] oppidum [...] metropolis [...] Marſorum. Alba oppid[...]

Cætera in obſcuro famæ, & ſine nomine vulgi,
Sed numero caſtella valent: coniungitur acer
Pelignus, gelidóque rapit Sulmone cohortes.
Nec cedit ſtudio vicinus ſanguine miles,
Quem genuere Cales, non parua conditor vrbis
(Vt fama eſt) Calais, Boreæ quem rapta per auras
Orithyia vago Geticis nutriuit in antris.

Peligni pop[...] Sulmó opp[...] Pelignorum[...] Cales oppid[...] Pelignorum[...] vnde.

Haud illo leuior bellis Veſtina iuuentus
Agmina denſauit venatu dura ferarum.
Quæ Fiſcelle tuas arces, Pinnámque virentem,
Paſcuáque haud tardè redeuntia tondet Auellæ.
Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes

Veſtini pop. Veſtinum oppid. Fiſcellū opp. Pinna opp. Auellæ opp. Frétāni pop.

Corfiniū op. *Corfini populos, magnúmque Theate trahebat.*
Theathe op. *Omnibus in pugna fertur sparus, omnibus alto*
Assueta volucrem cælo dimittere fundæ.
Pectora pellis obit cæsi venatibus vrsi.
Iam vero quos diues opum, quos diues auorum,
Campaniæ. *Et toto dabat ad bellum Campania tractu.*
Osci populi Campaniæ. *Ductorum aduentum vicinis sedibus Osci*
Sinuessa op. Campaniæ. *Seruabant, Sinuessa trepens fluctúque sonorum*
Vulturnus fl. *Vulturnum, quasq́ue euertêre silentia Amyclæ,*
Amyclæ op. *Fundíque & regnata Lamo Caieta, domúsque*
Caieta op. *Antiphate compressa freto, stagníque palustre*
Linternū op. Cumæ op. *Linternum, & quondam fatorum conscia Cumæ,*
Nuceria op. *Illîc Nuceria, & Gaurus naualibus apta,*
Gaurus mōs. Parthenope *Illîc Parthenope, ac Pœno non peruia Nola,*
oppidum. *Alliphe, & Clanio contempta semper Accerra,*
Nola opp. Alliphe opp. *Sarrastes etiam populos, totásque videres*
Clanius fl. *Sarni mitis opes: illic quos sulfure pingues*
Aecerra op. Sarraste opp. *Phlegræi legere sinus, Misenus, & ardens*
Misen⁹ mōs *Ore giganteo sedes Ithacesia Bai:*
Baiæ. *Non Prochyte, non ardentem sortita Typhœa*
Inarime, non antiqui saxosa Telonis
Calatia opp. *Insula, nec paruis aberat Calatia muris*
Sarnus fl. Surrentum *Surrentum, & pauper sulci cerealis Auella.*
oppidum. *In primis Capua, heu rebus seruare serenis*
Capua opp. Auella opp. *Inconsulta modum, & prauo peritura tumore,*
Lectos venturo formabat Scipio bello.
Ille viris pila, & ferro circundare pectus
Campanorū *Addiderat, leniora domo de more parentum*
vetus armatura. *Gestabant tela, ambustas sine cuspide cornos:*
Aclidis vsus erat, factaq́ue ad dura bipennes.
Ipse inter medios ventura ingentia laudis
Scipionis Africani descriptio. *Signa dabat, vibrare sudem, transmittere saltu*
Murales fossas, vndosum frangere nando

Indu-

Indutus thoraca vadum: spectacula tanta
Ante acies virtutis erant: sæpe alite planta
Ilia perfossum, & campi per aperta volantem
Ipse pedes præuertit equum, sæpe arduus idem
Castrorum spatium & saxo transmisit, & hasta:
Martia frons, facilésque comæ, nec ponè retróque
Cæsaries breuior, flagrabant lumina miti
Aspectu, gratúsque inerat visentibus horror.
Affuit & Samnis, nondum vergente fauore
Ad Pœnos, sed nec veteri purgatus ab ira. Samnites populi.
Qui Batulum, Mucrásque colunt, Bouiania quíque Batulũ opp.
Exercent lustra, aut Caudinis faucibus hærent, Mucræ opp.
Et quos aut Rufre, aut quos Esernia, quósue Bouianũ op.
Obscura incultis Herdonia misit ab agris. Caudinę fauces.
Brutius haud dispar animorum, vnáque iuuentus Rufre opp.
Lucanis excita iugis, Hirpináque pubes Esernia opp.
Horrebat telis, & tergo hirsuta ferarum, Herdonia oppidum.
Hos venatus alit, lustra incoluere, sitímque Brutij pop.
Auertunt fluuio, somníque labore parantur. Lucani pop.
Additur his Calaber, Salentinæq; cohortes, Hirpini pop.
Necnon Brundusium, quò desinit Itala tellus. Calaber pop.
Parebat legio audaci permissa Cethego, Salentini po.
Cui socias vires, atque indiscreta maniplis Brundusium oppidum.
Arma recensebant, nunc sese ostendere miles
Lucosiæ è scopulis, nunc quem Picentia Pesto
Misit, & exhaustæ mox Pœno marte Carillæ, Pestum opp.
Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Carillæ opp.
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. Silarus fluuius mirus.
Ille & pugnacis laudauit tela Salerni, Salernũ opp.
Falcatos enses, & quæ Buxentia pubes
Aptabat dextris irrasæ robora clauæ, Buxa opp.
Ipse humero exertus, gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo, robúrque iuuentæ

Flexu cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam attritæ, desolatæq; virorum
Eridani gentes, nullo attendente deorum
Insubria. *Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.*
Placêtia op. *Certauit Mutina quassata Placentia bello.*
Mantua op. *Mantua mittenda certauit pube Cremonæ,*
Cremona oppidum. *Mantua musarum domus, atque ad sidera cantu*
Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.
Verona opp. *Tum Verona Atesi circunflua, & vndique sollers*
Fauentia oppidum. *Arua coronantem nutrire Fauentia pinum.*
Pollentia oppidum. *Vercellæ, fucique ferax Pollentia villi,*
Vercella op. *Et quondam Teucris comes in Laurentia bella*
Bononia oppidum. *Ocni prisca domus, paruiq; Bononia Rheni.*
Quiq; graui remo limosis segniter vndis
Rauenna oppidum. *Lenta paludosæ perscindunt stagna Rauennæ.*
Tum Troiana manus, tellure antiquitus orti
Euganeus mons. *Euganea, profugiq; sacris Antenoris oris,*
Aquileia op. *Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis.*
Veneti pop.

Apennini descriptio, & quæ flumina ex eo oriantur.

Lucan. lib. 2. *Interea trepido discedens agmine Magnus,*
Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni.
Hæc placuit belli sedes, hinc summa mouentis
Hostis in occursum sparsas extendere partes
Vmbrosis mediam quà collibus Apenninus
Erigit Italiam, nullo quà vertice tellus
Altius intumuit, propiúsque accessit Olympo.
Mons inter geminas medius se porrigit vndas
Inferni, superiq; maris: collésque coercent
Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ:
Ancon opp. *Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.*
Fontibus hîc vastis immensos concipit amnes,

Flumi-

Fluminàque in gemini ſparſit diuortia ponti. Flumína.
In læuum cecidère latus velóxque Metaurus, Metaurus.
Cruſtumiúmque rapax,& iunctus Iſapis Iſauro, Cruſtumiū.
Sennáque,& Adriacas qui verberat Aufidus vndas: Iſapis. Iſaurus.
Quóque magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem, Senna.
Eridanus,fractáſque euoluit in æquora ſyluas, Aufidus.
Heſperiámque exhaurit aquis. Hunc fabula primum Eridanus & eius laus.
Populea fluuium ripas vmbraſſe corona:
Cumq; diem pronum tranſuerſo limite ducens,
Succendit Phaethon flagrantibus æthera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta, Eridanus exuſtus à Phaetonte.
Hunc habuiſſe pares Phœbeis ignibus vndas.
Non minor hic Nilo,ſi non per plana iacentis
Ægypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Non minor hic Iſtro,niſi quod dum permeat orbem
Iſter,caſuros in qualibet æquora fontes
Accipit,& Scythicas exit non ſolus in vndas.
Dexteriora petens montis:decliuia Tybrim Flumina.
Vnda facit,Rutubámque cauum:delabitur inde Tyberis. Rutuba.
Vulturnúſque celer,nocturnæq; editor auræ Vulturnus.
Sarnus,& vmbroſæ Lyris per regna Maricæ Sarnus.
Veſtinis impulſus aquis,radénſque Salerni Lyris. Marica.
Culta Siler,nulláſque vado qui Macra moratus Salernus.
Aluos,vicinæ percurrit in æquora Lunæ. Siler. Macra.
Longior educto,quà ſurgit in aera dorſo,
Gallica rura videt,deuexáſque aſpicit Alpes.
Tunc Vmbris,Marſiſq; ferax,domitúſque Sabello
Vomere piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Latij populos,non deſerit antè
Heſperiam,quàm cùm Scyllæis clauditur vndis,
Extenditque ſuas in templa Lacinia rupes:
Longior Italiâ donec confinia pontus Italia abrupta à Sicilia impetu maris.
Solueret incumbens,terráſque repelleret æquor.

At postquam gemino tellus elisa profundo est,
Extremi colles Siculo cessere Peloro.

Horat. lib. I. Epodon. *Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint*
Vadis leuata: ne ridere sit nefas:
Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando

Mutina oppidum. *Padus Mutina lauerit cacumina:*
In mare seu celsus procurrerit Apenninus.

Ouid. Met. lib. 2. *Aëriaq; Alpes, & nubifer Apenninus.*

Garganus mons. Claud. de 4. consulatu Honorij. *Garganum Alpinis, Apenninúmque niualem*
Permistis sociate iugis.—

Flumina Italiæ.

Rubicon fluuius.

Lucan. lib. I. *Fonte cadit modico, paruísque impellitur vndis*
Purpureus Rubicon, cùm feruida canduit æstas,
Pérque imas serpit valles, & Gallica certus
Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis:
Tum vires præbebat hiems, atque auxerat vndas.

Tiberis, qui & Albula dicitur.

Stat. syl. li. I. *Illic sulfureos cupit Albula mergere crines.*

Sil. Ital. li. I. *Ad terram Hesperiam venies: vbi Lydius, arua*
Inter opima virûm, leni fluit agmine Tybris.
Quà pater acceptis Aniensis ditior vndis
In pontum flauo descendit gurgite Tybris:
Hinc consanguineæ subeunt iam mœnia Romæ.

Tiberis fl. Tuscus amnis dictus quia ex Tuscis & ex Hetruria oritur.

Oui. Fast. li. I. *Iámque ratem doctæ monitu Carmentis in amnem*

Idem Fast. lib. 4. *Egerat: & Tuscis obuius ibat aquis.*
Cúmque patris regnum post hunc Tiberinus haberet:

Dicitur

Dicitur in Tusca gurgite mersus aqua.
Idibus est Annæ festum geniale Perennæ, Idem Fast. lib. 3.
Haud procul à ripis, aduena Tibri, tuis. Tiberis aduena Romæ.
Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat, Idem Met. lib. 2.
Hesperiósque amnes Rhenum, Rhodanúmq́, Padumq́,
Cuiq́ fuit rerum promissa potentia, Tybrim.
Et qui te latis nondum præcinctè tropæis Claudianus de raptu Proserp. lib. 2.
Tybri natat, missámq́ Pado qui remigat alnum.
Sed septem iuga, Martiúmque Tybrim Stat. Sylu. lib. 2.
Et doctos equites, & eloquente
Cantu purpureum trahes Senatum.
Atque hic Æneas ingentem ex æquore lucum Virgil. lib. 7. Aeneid.
Prospicit: hunc inter fluuio Tyberinus amœno,
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena Tiberis flauo colore est.
In mare prorumpit. variæ circúmque supráque
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo,
Æthera mulcebant cantu, lucóque volabant.
Flectere iter sociis, terræq́ aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco. Tiberina atria.
Fluminis ad flexum veniunt: Tiberina priores Ouid. Fast. lib. 4.
Atria dixerunt, vnde sinister abit.
Vidimus flauum Tiberim retortis Horat. lib. 1. Carm.
Littore Hetrusco violenter vndis
Ire deiectum monumenta regis,
Templáque Vestæ.

Silarus.

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem Silarus fluuius, vbi plurimi Asyli infesta animalia.
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asylo
Romanum est (œstrum Graij vertere vocantes)
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis Virg. Georg. lib. 3.
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluæq́ & sicci ripa Tanagri.

Metaurus fluuius.

Hor. Carminum lib. 4.

Quid debeas ô Roma Neronibus
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris.

Claud. de 6. Honorij consulatu.

Latior hinc fano recipit fortuna vetusto,
Despiciturq́ vagus præruptâ valle Metaurus,
Quà mons arte patens viuo se perfonat arcu,
Admisitq́ viam secta per viscera rupis.

Almo fluuius.

Idem in codē libro.

Est locus in Tiberim quà lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor.

Numicus fluuius.

Idem lib. 3.

—placidi sum Nympha Numici:
Amne perenne latens, Anna Perenna vocor

Numicus fl. Virgil. Aeneid. lib. 7.

—Hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iussisq́ ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tybrim, & fontis vada sacra Numici?

Tibull. lib. 2.

Iam tibi Laurentes assignat Iupiter agros,
Iam vocat errantes hospita terra Lares.
Illic sanctus eris, cùm te veneranda Numici
Vnda Deum cœlo miserit indigetem.

Albunea flumen in Latio.

Virg. Aeneid. lib. 7.

At rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucósque sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuámque exhalat opaca Mephitim.

Oracula Italiæ ad Albuneum fluuiū.

Hinc Italæ gentes, omnísque Oenotria tellus
In dubiis responsa petunt. huc dona sacerdos
Contulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti

Pellibus

Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit.
Nec tam Larissæ percussit campus opimæ — Horat. lib. 1. Carminum.
Quàm domus Albuneæ resonantis.

Sibaris fluuius Calabriæ.

—ventísque fauentibus æquor — Ouid. Metamorph. li. 14.
Nauigat Ionium, Lacedæmoniúmque Tarentum
Præterit, & Sybarim, Salentinúmque Neæthum.
Crathis, & hinc Sibaris vestris conterminus oris — Idem in eodẽ libro.
Electro similes faciunt, auróque capillos.

Æsarus fluuius Calabriæ prope Crotonem oppidum.

Vixque pererratis quæ spectant littora terris — Idem in eodẽ libro.
Inuenit Æsarei fatalia fluminis ora.

Sebetis fluuius prope Neapolim.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis — Virgil. lib. 7. Aeneidos.
Oebale: quem generasse Telon Sebetide nympha — Oebalus.
Fertur, Teleboum Capreas cùm regna teneret — Telon.
Iam senior.— — Capreæ.
At te nascentem gremio mea prima recepit — Stat. lib. 1. sylu.
Parthenope, dulcísque solo tu gloria nostro
Raptasti. nitidum consurgit ad æthera tellus
Eubois, & pulchra tumeat Sebetos alumna.
Unde & Parthenope Sirenis clara sepulchro, — Palin. Sagitta.
Nunc sua Gallorum manibus pomaria cernens
Vastari, heu tristis gemit ad Sebetidis vndas. — Parthenope oppidum.

Galesus fluuius Calabriæ.

Nanque sub Oebaliæ memini me turribus altis — Virgil. lib. 4. Georg.
Quà niger humectat flauentia culta Galesus,
Coritium vidisse senem.
Unde si Parcæ prohibent iniquæ: — Horat. Carm. lib. 2.

Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
—Nec sapius istis
Stat. lib. 2. Syluarum. *Blanda Terapnai placeant vineta Galesi.*

Lyris fluuius Campaniæ.

—Lyris quieta
Hor. Carminum lib. 1. *Mordet aqua, taciturnus amnis.*
Fit socius lethi coniecta Massicus hasta
Sil. Ital. li. 1. *Vitiferi sacro generatus vertice montis,*
Et Lyris nutritus aquis, qui fonte quieto
Dissimulat cursum, ac nullo mutabilis imbri
Perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.

Anien vel Anio fluuius.

Horat. Carm. lib. 1. *Et præceps Anio, & Tiburni lucus & vda*
Mobilibus pomaria riuis.
Virg. Georg. lib 4. *Omnia sub magna labentia flumina terra*
Spectabat diuersa locis, Phasimq́, Lycúmque,
Et caput, vnde altus primùm se erumpit Enipeus,
Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta.
Stat. syl. lib. 1. *Ipse Anien (miranda fides) infráque supérque*
Anio fluuius vbi lenissimus. *Saxeus: hic tumidam rabiem, spumosáque ponit*
Murmura, ceu placidi veritus turbare Vopisci
Pieriósque dies, & amantes carmina somnos.
Littus vtrunque domi, nec te mitissimus amnis
Diuidit, alternas seruant Prætoria ripas.
Idem ibidē. *Illis ipse antris Anienus fonte relicto,*
Nocte sub arcana glaucos exutus amictus,
Huc illuc fragili prosternit pectora musco.
Aut ingens in stagna cadit, vitreásque natatu
Plaudit aquas, illa recubat Tiberinus in vmbra.

Nunc

Proper.lib

Nunc tu siue leges vmbrosa flumina sylua,
Siue Anena tuos tinxerit vnda pedes.

Clanius, qui & Clanis Campaniæ fluuius prope Neapolin.

Virg.Geo lib.2.

Talem diues arat Capua, & vicina Vesæuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

Clitumnus fluuius Paliscorum.

Clitũnusfluius vbi ... ges omne ... sunt niue... coloris.

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.

Idem in ... dem libro.

Hac igitur mihi sit, lepores, audacia, molles
Excipere, & stricto figere auem calamo,

Proper.lib.

Quà formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit, & niueos abluit vnda boues.

Claudian. 6.consulat Honorij.

Quin & Clitumni sacras victoribus vndas,
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis,
Visere cura fuit. nec te miracula fontis
Prætereunt: tacito passu quem siquis adiret,
Lentus erat: si voce gradum maiore citasset,
Commistis feruebat aquis: cúmque omnibus vna
Sit natura vadis, similes vt corporis vmbras
Ostendant: hæc sola nouam iactantia sortem,
Humanos properant imitari flumina mores.
—Nec si vacuet Meuania valles,
At præstent niueos Clitumna noualia tauros:
Sufficiam: sed sæpe Deis hos inter honores
Cespes, & exiguo placuerunt farra salino.

Aufidus fluuius Apuliæ.

Horat. ca lib.3.

Sic tauriformis voluitur Aufidus,

Qui regna Dauni præfluit Appuli,
Cùm sæuit, horrendámque cultis
Diluuiem meditatur agris.

Nar fluuius Vmbriæ.

Lucan. lib. 2. *Est qui tauriferis vbi se Meuania campis*
Explicat, audaces ruere in certamina turmas
Afferat, & quà Nar Tyberino illabitur amni
Barbaricas sæui discurrere Cæsaris alas.

Lacus Campaniæ, Baiæ, Lucrinus, Auernus.

Baiæ vnde dictæ. Sil. Ital. lib. 12. *Primores adsunt Capuæ, docet ille tepentes*
Vnde ferant nomen Baiæ, comitémque dedisse
Dulichiæ puppis stagno sua nomina monstrat.
Ast hic Lucrino mansisse vocabula quondam
Lucrinus lacus Cocytus olim dictus. *Cocyti memorat, medióque in gurgite ponti*
Herculeum commendat iter, qua dispulit æquor
Amphitryoniades armenti victor Iberi.
Auernus lacus olim Styx dictus. *Ille olim populis dictum Styga, nomine verso*
Stagna inter celebrem nunc mitia monstrat Auernum:
Tum tristi nemore atque vmbris nigrantibus horrens,
Et formidatus volucri, lethale vomebat
Suffuso virus cælo, stygiáque per vrbes
Relligione sacer, sæuum retinebat honorem.
Hinc vicina palus, fama est Acherontis ad vndas
Pandere iter, cæcas stagnante voragine fauces
Laxat, & horrendos aperit telluris hiatus,
Interdúmque nouo perturbat lumine manes.
Ac iuxta caligante situ, longúmque per æuum
Infernis pressas nebulis, pallente sub vmbra
Cymmerias iacuisse domos, noctémque profundam
Palus Auerna vbi olim erant vrbes. *Tartareæ narrant vrbis: tum sulfure & igni*
Semper anhelantes, coctóque bitumine campos
Ostentant, tellus atro exundante vapore

Suspirans, vstísque diu calefacta medullis
Æstuat, & stygios exalat in aëra flatus.
Parturit, & tremulis metuendum exhibilat antris.
Interdúmque cauas luctatus rumpere sedes,
Antexire foras, sonitu lugubre minaci
Mulciber immugit, laceratáque viscera terræ
Mandit, & exesos labefactat murmure montes.
Tradunt Herculeâ prostratos mole gigantes
Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri latè campos, quotiésque minatur
Rumpere compagem impositam, expallescere cælum.

Incédia exhalant ex Auerno & Vesuuio.

Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris,
Quam super haud vlla poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad connexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.

Auernus. *Virgil. Aeneid. lib. 6.*

Immemor, struis domos,
Marisq́; Baijs obstrepentis vrges summouere littora,
Parum locuples continente ripa.

Horat. Carm. lib. 1. Baiæ.

Quid referam Baias, prætextáque littora velis:
Et quæ de calido sulfure fumat, aquam?

Ouid. lib. 1. de arte *Am.*

Siue vaporiferas blandissima littora Baias:
Enthea fatidicæ seu visere tecta Sibyllæ
Dulce sit, iliacóque iugum memorabile remo.

Stat. lib. 3. *syluarum.*

Montes Italiæ præter Apenninum.

Garganus mons seu promontorium Apuliæ.

—vastas opponite syluas
Garganum Alpinis, Apenninúmque niualem

Claudian. de 4. Honorij consulatu.

—Aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant.

Horat. carm. lib. 2.

Idem lib. 2. Epistolarum. *Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum.*

Vesuuius mons Campaniæ.

Statius syluarum lib. 3. *Non adeo Vesuuinus apex, & flammea diri*
Montis hyems trepidas exhausit ciuibus vrbes.
Stant, populique vigent. Hic auspice condita Phœbi
Puteoli opp. *Tecta Dicarchæi portus, & littora mundi*
Hospita: at hîc magnæ tractus imitantia Romæ,
Capua oppidum Vesuuio vicinum. *Quæ Capys aduectis impleuit mœnia Teucris.*
Nostra quoque & propriis tenuis nec rara colonis
Parthenope oppidum augurio conditum. *Parthenope: cui mite solum trans æquora vectæ*
Ipse Dioneæ monstrauit Apollo columbæ.
Hæc ego Chalcidicis ad te Marcelle sonabam
Idem lib. 4. syluarum. *Littoribus fractas vbi Vesbius egerit iras*
Vesbius qui Vesuuius. *Æmula Trinacriis voluens incendia flammis.*
Mira fides, credetne virûm ventura propago,
Cùm segetes iterum, cùm iam hæc deserta virebunt,
Infra vrbes, populósque premi, proauitáque toto
Rura abiisse mari, necdum lethale minari
Teate. *Cessat apex? Procul ista tuis, Tifata, Teate,*
Marrucini montes. *Nec Marrucinos agat hæc insania montes.*
Incendiorum Vesuuij montis quæ causa sit. *Propterea, exponam paucis cur terra tremiscat,*
Quæ vis tanta illam quatiat, cogátque moueri.
Scire igitur licet, innumeras vastásque cauernas
Lucretius lib. 6. *Sub terris esse, atque illic quandoque creari*
Ingentes ventos: qui dum crudelia miscent
Prælia, concutiunt terram, nimióque furore
Congressi euertunt totas cum mœnibus vrbes.
Donec parte aliqua erumpant facto agmine, & auras
Diffusi in vacuas non longa pace quiescant.
Gignuntur verò hi venti telluris in aluo
Ex fumis, quos vicina trahit ignis ab vnda.
Quippe ignes in se multos magnósque perenni

Tempore nutrit humus (dictu mirabile) sed non
Falsa tamen refero: credet qui viderit Ætnam,
Qui scatebras calidarum vsquam spectarit aquarum,
Et qui vitiferi bene nouerit acta Vesuui, Littus.
Hos agitant ventos qui subterranea regna
Dij manes habitant, cacisque morantur in antris.
—rupitne Typhoëa ceruix
Inarimen? fractáne iugi compage Vesui Claud. de raptu Proserp. lib.3.
Alcynoeus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit?
Vt magis Inarime, magis vt mugitor anhelat Valer. Flaccus lib.3.
Vesuius, attonitas acer cùm suscitat vrbes.

Alburnus mons Italiæ.

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem Virg. Georg. lib.3.
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asylo
Romanum est, Cœstron Graij vertere vocantes.

Algidus mons haud longè ab vrbe Roma.

Quicunque haud gelido prominet Algido.
Scilicet hic olim Volscos, Æquósque fugatos Horat. Fast. lib.6.
Viderat in campis Algida terra tuis.

Gaurus mons Campaniæ Auerno vicinus.

—vel si conuulso vertice Gaurus Luca. lib.2.
Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni:
Siue vaporiferas blandissima littora Baias, Stat. sylua. lib.3.
Enthea fatidicæ seu visere tecta Sibyllæ
Dulce sit, Iliacóque iugum memorabile remo. Misenus mõ Campaniæ.
Seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri:
Teleboúmque domos, trepidis vbi dulcia nautis Teleboi populi vbi Pharos olim erat nautis commodissima.
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ:
Charáque non molli iuga Surrentina Lyæo,
Quæ meus ante alios habitator Pollius auget.
Ænariæq; lacus medicos, Statinásque renatas. Ænaria.

Mille tibi nostra referam telluris amores.

Aulon mons Calabriæ.

Horat. carminum lib.2. *—& amicus Aulon*
Fertili Baccho minimum Falernis
Inuidet vuis.

Falernus colliculus in Campania.

Sil. Ital.li.7. *Hic verò, intrauit postquam vberis arua Phalerni:*
Diues ea, & nunquam tellus mentita colono,
Addunt frugiferis inimica incendia ramis.
Haud fas Bacche tuos tacitum transmittere honores,
Quanquam magna incepta vocant, memorabere sacri
Largitor laticis, grauidæ cui nectare vites
Falerna vina omnium optima. *Nulli dant prælis nomen præferre Falernis.*
Massica sulcabat meliore Falernus in æuo,
Falernus vir, à quo mons Falernus dictus. *Ensibus ignotis, senior iuga, pampinus vmbras*
Nondum vuâ virides nudo texebat in aruo,
Pocula nec norant succis mulcere Lyæi,
Fonte sitim, & pura soliti defendere Lympha,
Attulit hospitio pergentem ad littora Calpes.
Extremúmque diem pes dexter, & hora Lyæum,
Bacchus in Hispaniam proficiscens serit Falernũ vitibus. *Nec pigitum paruósque lares, humilísque subire*
Limina cælicolam tecti, cepere volentem,
Fumosi postes, & ritu pauperis æui
Ante focos mensa: lætus nec senserat hospes
Aduenisse deum: sed enim de more parentum
Grato cursabat studio, instabátque senectæ.
Donec opes festas puris nunc corna canistris
Composuit, nunc irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes, tum lacte, fauísque
Distinxit dulces epulas, nullóque cruore
Pollutâ castus mensa, cerealia dona
Attulit, ac primum Vestæ detersit honorem

Vndi-

Vndique, & in mediam iecit libamina flammam:
Deesse tuos latices hac sedulitate senili
Captus Iacche vetas, subito (mirabile dictu)
Fagina pampineo spumarunt pocula succo,
Pauperis hospitij pretium, vilisque rubenti
Fluxit mulctra mero, & quercu in cratera cauata
Dulcis odoratis humor sudauit ab vuis.
En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota: sed olim
Viticolæ nomen peruulgatura Falerni
Munera.
Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerna,
Triptolemo fruges, poma dat Alcinoo?

Bacchus Hospitalitatem Falerni compensauit dono vini & vitium optimarum. *Propertius.*

Populi Italiæ.

Ligures populi.

Et tunc tonse Ligur, quondam per colla decora
Crinibus effusis toti prælate Comatæ.

Luc. lib. 1.

Affuit huic monstro proles Stheneleia, Cycnus:
Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
Mente tamen Phaëton propior fuit: ille relicto,
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes.

Cygnus Rex antiquissimus Ligurũ. *Ouid. Meta. lib. 2.*

Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.)
Isque, vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neque instantem reginam auertere cernit,
Consilio versare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: Quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri:
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acrique incensa dolore
Tradit equum comiti, paribúsque assistit in armis,
Ense pedes nudo, puráque interrita parmâ.
At iuuenis vicisse dolo ratus auolat ipse.

Ligures vani & fallaces. *Virg. Aeneid. lib. 11.*

Ligures pedum velocitate valent.

Haud mora, conuersisq́, fugax aufertur ahenis,
Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat:
Vane Ligur, frustráque animis elate superbis,
Nequidquam patrias tentasti lubricus artes,
Aunus. *Nec fraus te incolumen fallaci perferet Auno.*
Claud. de bello Gildonico. *—iam classis in altum*
Prouehitur. dexirâ Ligures, Etruria læuâ
Ligures vicini Hetruscis. *Linquitur, & cæcis vitatur Corsica saxis.*

Tyrrheni qui & Hetrusci & Tusci dicti.

Claud. de bello Gildon. *—quatitur Tyrrhena tumultu*
Ora, nec Alpheæ capiunt naualia Pisæ.
Pisæ opid. Hetruscorũ. *De numero Lycabas, qui Tusca pulsus ab vrbe*
Ouid. Meta. lib. 3. *Exilium dira pœnam pro cæde luebat.*

Boij populi.

Prima Phalanx, spissæq́, ruunt conferta per arma
Boij ex Senonibus oriundi. *Vndæ Boiorum: sociata examina densant,*
Infandi Senones, collisáque quadrupedantum
Sil. Ital. li. 4. *Pectoribus, toto voluuntur corpora campo.*

Vmbri.

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Propert. li. 4. *Vmbria Romani patria Callimachi,*
Meuania op. Vmbria. *Quà nebulosa cauo rorat Meuania campo,*
Vmber lacus. *Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis*

Volsci.

Scilicet hic olim Volscos Æquósque fugatos
Ouid. Fast. lib. 6. *Viderat in campis Algida terra tuis.*
Algidus mons. *Vnde suburbano clarus Tyburte triumpho,*
Vectus es in niueis posthume victor equis.
Tybur. *Hæc genus acre virûm, Marsos pubémque Sabellam,*
Virg. Georg. lib. 2. *Assuetúmq́, malo Ligurẽ, Volcósque verutos*
Extulit.—

Sabini.

Sabini.

—felicior essem
Angustis opibus, mallem tolerare Sabinos, Et Veios. Sabini populi, & eorum mores antiqui.
Ipse dies agitat festos, fusúsque per herbam, Claud. de bello Geldonico.
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant, Verg. Georg. lib. 2.
Te libans, Lenae, vocat, pecorísque magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporáque agresti nudant prædura palestra,
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.
Quærebam Nonas Sancto, Fidione referrem Ouid. lib. 1. Fastor.
An tibi Semo pater: tunc mihi Sanctus ait: Sabini à Sancto dicti.
Cuicúnque ex istis dederis, ego munus habebo, Cures oppid. Sabinorum.
Nomina terna fero: sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini:
Inque Quirinali constituere iugo.

Veii à Tusciis sunt discreti flumine Tyberi.

Fabula nomen erit: Gabios, Veiósque, Cerámque, Cera oppid. Luc. lib. 7.
Puluere vix tectæ poterunt monstrare ruinæ.

Phalisci.

Argiua est pompæ facies. Agamemnone cæso, Ouid. lib. 3. Amor.
Et scelus, & patrias fugit Halesus opes, Halesus opp. in Phaliscis à quo conditum.
Iámque pererratis profugus terráque, maríque,
Mœnia felici condidit alta manu.
Colla boues niueos certæ præbere securi,
Quos aluit campis herba Falisca suis.

Latini & Laurentes. Verg. lib. 8.

Tum rex Euandrus Romanæ conditor arcis: Latium quale olim atque ante Euandri aduentum fuerit.
Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq́ue tenebant,
Génsque virûm truncis, & duro robore nata:

Queis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit, legésque dedit, Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureáque, vt perhibent, illo sub rege fuere
Sæcula. Sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausonia, & gentes venere Sicanæ:
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
Latinus antiquiss. Rex Latinorum. *—Rex arua Latinus, & vrbes,*
Iam senior, longa placidas in pace regebat.
Virg. lib. 7. *Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica*
Accipimus. Fauno Picus pater: isque parentem
Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus author.
Filius huic fato diuûm, prolésque virilis
Nulla fuit, primáque oriens erepta iuuenta est.
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Sed variis portenta Deûm terroribus obstant.
Laurentes à Lauro dicti. *Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,*
Sacra comam, multósque metu seruata per annos
Quam pater inuentam primas cum conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentésque ab ea nomen posuisse colonis.
Idem lib. I. *Multa quoque & bello passus, dum conderet vrbem,*
Alba oppid. in Latio. *Inferrétque Deos Latio: genus vnde Latinum,*
Vegius Maphæus. *Albaniq; patres, atque altæ mœnia Romæ.*
Præcipuè Tros Æneas, seniórque Latinus

Magnorum Heroum, Latiiq; antiqua potentis
Gesta recensebant: fugientémque horrida nati
Arma sui Saturnum Italis latuisse sub oris:
Hinc Latium dixisse, genúsque in montibus altis Latium dictum à latendo.
Composuisse vagum, legésque, & iura dedisse,
Et Bacchi, & frugum cultus.
Fas prohibet Latio quenquam de sanguine natum Latinorum præuilegia.
Cæsaribus saluis barbara vincla pati. Ouid. Trist. lib.2.
Causa ratis superest: Tuscum rate venit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe Deus. Idem Fast. lib.1.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum,
Cælitibus regnis à Ioue pulsus erat. Latium dictum Saturnia.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
Dicta quoque est Latium terra, latente Deo. Saturnia terra quæ.
Ipse solum colui, cuius placidissima læuum
Radit arenosi Tibridis vnda latus.
Te Dacus asper, te profugi Scythæ, Horat. Carm. lib.1.
Urbésque, gentésque & Latium ferox,
Regúmque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni.
Impiger Ænea volitantis frater Amoris, Æneas venit in Latium.
Troica qui profugis sacra vehis ratibus, Tibullus lib.2.
Iam tibi Laurentes assignat Iupiter agros,
Iam vocat errantes hospita terra lares.
Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici Numicus fl. Latij.
Vnda Deum cælo miserit indigetem.
Ecce super fessas volitat victoria puppes:
Tandem ad Troianos diua superba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris.
Iam tibi prædico Barbare Turne necem.
Ante oculos Laurens castrum, murique Lauini est, Alba oppid. Latij conditum ab Ascanio.
Albáque ab Ascanio condita longa duce.

Ferentini.

Horat. carm. lib. 3.
Saltúsque Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti.

Idem Epist. lib. 1.
—site puluis, strepitúsque rotarum
Si lædit caupona Ferentium ire iubebo:
Nam neque diuitibus contingunt gaudia solis.

Pelasgi.

Ouid. Fast. lib. 2.
Tertia post Idus nudos Aurora Lupercos
Adspicit, & Fauni sacra bicornis erunt.
Dicite Pierides sacrorum quæ sit origo:
Attigerint Latias vnde petita domos.
Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur
Pholoe mōs Arcadiæ.
Arcades: Arcadiis plurimus ille iugis.
Stymphalis palus Arcad.
Testis erit Pholoe: testes Stymphalides vndæ,
Quíque citis Ladon in mare currit aquis:
Nonacrinū nemus Arcad.
Cinctáque pinetis nemoris iuga Nonacrini,
Altáque Trœzenes, Parrasiæq; niues
Pan erat armenti, Pan illic numen aquarum:
Munus ob incolumes ille ferebat oues.
Transtulit Euander siluestria numina secum:
Hîc vbi nunc vrbs est, tunc locus vrbis erat.
Inde Deum colimus, deuectáque sacra Pelasgis
Flamen ad hæc prisco more dialis erat.

Campani.

Sil. Ital. lib. 12.
—fulgentia cernit
Arcis templa iugo, quorum tum Virius altæ
Immitis ductor Capuæ primordia pandit.
Non est hoc (inquit) nostri, quod suscipis, aui:
Maiores fecere manus, cùm regna teneret
Dictæi regis (sic fama est) linquere terras
Dædalus inuenit: nec toto signa sequenti

Orbe dare, aetherias aliena tollere in auras
Ausus se pennâ, atque homini monstrare volatus.
Suspensum hic librans media inter nubila corpus
Enauit, superósque nouus conterruit ales.
Monstrantur Vesceua iuga, atque in vertice summo Vesuuius mõs vicinus Capuæ.
Depasti flammis scopuli, fractúsque ruina
Mons circùm, atque Ætnae fatis certantia saxa.
Necnon Misenum seruantem Idaea sepulchro item Misenus mons.
Nomina, & Herculeos videt ipso in littore Baulos.
Miratur pelagíque minas, terrǽq; labores. Bauli oppid.
Quae postquam perspecta viro, regressus ad altos
Inde Pherecyadum muros, & frondentia laeto
Palmite deuastat Nysaea cacumina Gauri. Gaurus mõs.
Hinc ad Chalcidicam trãsfert citus agmina Nolam. Nola oppid.
—Vulturna citata Idem in eodem libro.
Transmittunt aluo vada, postremíque relinquũnt
Tardandis Italis corruptas igne carinas.
Tum Sidicina legunt pernicibus arua maniplis, Sidicinum oppidum Campaniæ.
Treiciámque Calen, vestras à nomine nati
Orithyiae domos, hinc Alifanus Iaccho Cales oppid.
Haud inaratus ager, nymphísque habitata Casini Alifanus op.
Rura euastantur: mox & vicinus Aquinas, Casinum op. Aquinas oppidum.
Et quae fumantem texere Giganta Fregellae Fregellæ op.
Agmine carpuuntur volucri: fert concitus inde
Per iuga celsa gradum, duris quà rupibus haeret Frusino opp.
Bellator Frusino, & surgit suspensa tumenti
Dorso, frugiferis Cerealis Anagnia glebis. Anagnia oppidum.
Iámque adeo est campos ingressus, & arua Labici, Labicus fl.
Linquens Telegoni pulsatos ariete muros,
Haud dignam inter tãta moram, nec amoena retentant
Algida, nec iuxta Iunonis tecta Gabinae. Algidus mõs
Praeceps ad ripas immani turbine fertur Gabij opp.
Sulfureis gelidus quà serpit leniter vndis

Anio fl. *Ad genitorem Anio labens sine murmure Tybrim.*

Appuli.

Horat. in Epodis. *Nec tantus vnquam siderum insedit vapor*
Siticulosæ Apuliæ:
Idem Carm. lib. 3. *Me fabulosæ Vulturæ in Apulo,*
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatúmque somno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus:
Quicúnque celsæ nidum Acherontiæ,
Batinus saltus. *Saltúsque Batinos, & aruum*
Pingue tenent humilis Ferenti.

Peligni.

Ouid. Amo. lib. 2. *Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,*
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admoto tellurem sydere findat,
Et micet Icarij stella proterua canis,
Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis,
Et viret in tenero fertilis herba solo.
Terra ferax Cereris, multóque feracior vuis,
Dat quoque baciferam Pallada rarus ager.
Pérque resurgentes, riuis labentibus, herbas
Gramineas madidam cespes obumbrat humum.
Non ego Pelignos videor celebrare salubres;
Non ego natalem rura paterna locum.

Iapyges.

Idem Meta. lib. 7. *Nauigat Ionium, Lacedæmoniúmque Tarentum,*
Præterit, & Sybarim, Salentinúmque Neathum,
Thurinus sinus. *Thurinósque sinus, Temesénque & Iapygis arua.*

Calabri,

Calabri.

Non æstuosæ grata Calabriæ Armenta. Horat.Carm. lib.1.
Frigidus Argestes summas mulcebit aristas:
Candidáque à Calabris vela dabuntur aquis. Ouid.Fast. lib.3.
—Hispida tellus Sil.lib.12.
Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ,
Nunc Rudiæ solo memorabile nomen alumno. Rudiæ opp. natale solū Ennij poetæ.

Locri.

O quàm diuitiis, censúque exutus opimo Statius.
Fortior Vrse fores, si vel fumante ruina
Ructassent dites Vesuuina incendia Locros.
Has autem terras Italique hanc littoris oram, * Vergil.lib.3. Aeneid.
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu, *Nam Calabria non lōgè distat ab Epiro.
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graiis:
Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro. Petilia.

Ciuitates Antiquissimæ Italiæ.

Roma.

Hic, vbi nunc Roma est, tunc ardua sylua virebat:
Tantáque res paucis pascua bobus erat. Ouid.Fastor. lib.1.
Arx mea collis erat, quam vulgus nomine nostro
Nuncupat, hæc ætas Ianiculúmque vocat.
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma, Virg.Georg. lib.2.
Septem quæ vna sibi muro circundedit arces.
Quin & auo comitem sese Mauortius addet Virg.Aeneid.lib.6.
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater Romulus & Remus Romam condiderunt.
Educet: viden' vt geminæ stant vertice cristæ,
Et pater ipse suo superum iam signat honore?
En huius nate auspiciis illa inclyta Roma

Imperium terris, animos æquabit Olympo,
Roma Septicollis. *Septémque vna sibi muro circundabit arces:*
Fœlix prole virûm.
Idem lib. 1. Aeneid. *Inde Lupæ fuluo nutricis tegmine lætus*
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Romani dicti à Romulo. *Mœnia, Romanósque suo de nomine dicet.*
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi: quin aspera Iuno,
Romanum imperium diuturnum. *Quæ mare nunc, terrásque metu, cœlúmque fatigat*
Consilia in melius referet, mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos, gentémque togatam.
Sic placitum.
Euandrus primum ibi habitauit vbi Roma est condita. *Tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis:*
Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq́; tenebant,
Génsque virûm truncis, & duro robore nata.
Idem lib. 7. Aeneid. *Hæc duo præterea disiectis oppida muris,*
Relliquias, veterúmque vides monumenta virorum.
Idem in libro eodem. *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem:*
Ianiculum oppidum. Saturnia. *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*
Ouid. Met. lib. 15. *Nunc quoque Dardaniã fama est consurgere Romam*
Appennini genæ quæ proxima Tibridis vndis
Mole sub ingenti rerum fundamina ponit.
Roma condita ætate Pythagoræ. *Hæc igitur formam crescendo mutat, & olim*
Immensi caput orbis erit: sic dicere vates
Fatidicásque ferunt sortes: quantúmque recordor
Dixerat Æneæ, cùm res Troiana labaret
Priamides Helenus flenti, dubióque salutis,
Nate Deâ, si nota satis præsagia nostris
Mentis habes, non tota cadet te sospite Troia.
Flamma tibi, ferrúmque dabunt iter: ibis & vna
Pergama rapta feres, donec Troiæq́; tibique
Externum patrio contingat amicius aruum,
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,

Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.
Hanc alij proceres per secula longa potentem,
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
Efficiet: quo, cùm tellus erit vsa, fruentur
Ætherea sedes, celúmque erit exitus illi.

Roma omnes alias vrbes superauit.
Romanum imperium latissimum sub Augusto Cæsare.

Hoc, quodcúnque vides hospes, quã maxima Roma est,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit.
Atq; vbi nauali stant sacra palatia Phœbo:
Euandri profugæ procubuere boues.
Fictilibus creuere Deis hæc aurea templa,
Non fuit opprobrio facta sine arte casa.
Tarpeiúsque pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis nostris aduena bubus erat.
Hinc Tatius, Ramnésque viri, Lucerésque coloni.
Quatuor hinc albos Romulus egit equos:
Quippe suburbanæ parua minus vrbe Bouillæ,
Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabij:
Et stetit Alba potens, albæ suis omine nata,
Hac vbi Fidenas longè erat ira vias.
Nil patrium, nisi nomen, habet Romanus alumnus.
Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam.

Propert. li. 4.
Romæ initia exigua.

Oppida Romę vicina.
Bouillæ opp.
Gabij oppid.
Alba oppid.
Fidenas opp.
Romulus à lupa nutritus.

Prima vrbes inter diuûm domus aurea Roma.
Constantinopoli assurgit Carthago priori,
Non toto cessura gradu: quia tertia dici
Fastidit, non ausa locum sperare secundum,
Qui fuit ambarum. Vetus hanc opulentia præfert,
Hanc fortuna recens. Fuit hæc, subit ista: nouísque
Excellens meritis, veterem perstringit honorem:
Et Constantino concedere cogit Elissam.
Accusat Chartago Deos iam plena pudoris,
Nunc quoque si cedat, Romam vix passa priorem.
Componat vestros fortuna antiqua tumores.
Ite pares, tandem memores, quod numine diuûm,

Ausonius de claris vrbibus.
Chartaginis & Constantinopolis comparatio.

Angustas mutastis opes, & nomina: tu quum
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.
Romanorū origo turpis. *Et tamen vt longè repetas, longéque reuoluas*
Iuuenal. *Nomen ab infami gentem deducis asylo.*
Sat. 10. *Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,*
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Tarentum locus in campo Martio Romæ.

Ouid. Fastor. lib. 1. *Iámque ratem doctæ monitu Carmentis in amnem*
Egerat: & Tuscis obuius ibat aquis,
Fluminis illa latus, cui sunt vada iuncta Tarenti,
Aspicit, & solas per loca sola casas.
Iuuenalis Sat. 6. *Nunc patimur longæ pacis mala: sæuior armis*
Luxuria incubuit, victúmque vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinúsque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit: hinc fluxit ad Histros
Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, & Miletos,
Atq; coronatum & petulás, madidúmque Tarentum.

Auentinus mons Romæ.

Met. lib. 14. *Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti*
Tradit Auentino: qui, quo regnarat, eodem
Monte iacet positus, tribuítque vocabula monti.
Fast. lib. 3. *Lucus Auentino suberat niger Ilicis vmbra:*
Quo possis viso dicere, numen inest.
In medio gramen, musc óque adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aqua:
Inde ferè soli Faunus, Picúsque bibebant.
Huc venit, & fonti rex Numa mactat ouem.

Æsquiliæ mons Romæ.

Horat. sermo. lib. 1. *Hinc licet Æsquiliis habitare salubribus: atque*

Aggere

Aggere in aprico spatiari.

Tarentum vrbs Italiæ.

—Neptunóque sacri custode Tarenti. Horat. carm. lib. I.
Nauigat Ionium, Lacedæmoniúmque Tarentum. Ouid. Met. lib. 14.

Brundusium.

Vrbs est Dictæis olim possessa colonis, Lucan. lib. 2.
Quos profugos Creta vexere per æquora puppes
Cecropiæ, victum mentitis Thesea velis.
Hanc latus angustum iam se cogentis in arcum
Hesperiæ, tenuem producit in æquora linguam,
Hadriacas flexis claudit quæ cornibus vndas.
Nec tamen hoc arctis immissum faucibus æquor
Portus erat, si non violentos insula Coros Brũdusij portus tutissimus.
Exciperet saxis, lapsásque refunderet vndas.
Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari, flatúsque remouit,
Vt tremulo starent contentæ fune carinæ.
Hinc latè patet omne fretum seu vela ferantur Brundusio in Græciam breuis traiectus.
In portus Corcyra tuos, seu læua petatur
Illyris Ionias vrgens Epidaurus in vndas.
Hæc fuga nautarum, cùm totas Hadria vires
Mouit, & in nubes abiere Ceraunia, cúmque
Spumoso Calaber perfunditur æquore Sason. Sason insula prope Brundusium.

Tybur oppidum in Sabinis irriguum crebris fontibus.

Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos Ouid. de Ponto lib. I.
Exulibus tellus vltima Tybur erat?
Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos, Idem Fast. lib. 6.
Et populus Laurens, Lauiniúmque meum: Laurẽs opp. Lauiniũ opp.
Est illic mensis Iunonius: adspice Tibur,

Et Prænestina mœnia sacra deæ.

Martialis lib.1. *Nullo fata loco possis excludere, quum mors*
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Proper.lib.2. *Qui videt, is peccat, qui non te viderit, ergo*
Non cupiet facti crimina lumen habet.
Nam quid Prænestis dubias, ô Cynthia, sortes?
Quid petis Æaei mœnia Telegoni?
Curve te in Herculeum deportant esseda Tybur?
Appia cur toties te via ducit anum?

Tusculũ oppidum à Telegono conditum.

Tybur oppidum à Tybure comite Herculis conditum.

Nec tam Larissæ percussit campus opimæ,
Quàm domus Albuneæ resonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus & vda

Horat. carm. lib.1. *Mobilibus pomaria riuis.*

Tiburtinus ager.

Stat. Syl.li.1. *Cernere facundi Tibur glaciale Vopisci,*
Siquis & incerto geminos Aniene penates,
Aut potuit sociæ commercia noscere ripæ,
Certantésque sibi dominum defendere villas,
Illum nec calido latrauit Sirius astro,
Nec grauis aspexit Nemees frondentis alumnus.
Illis ipse antris Anienus fonte relicto,
Nocte subarcana glaucos exutus amictus,
Huc illuc fragili prosternit pectora musco,
Aut ingens in stagna cadit, vitreásque natatu
Plaudit aquas, illa recubat Tiberinus in vmbra,
Illic sulfureos cupit Albula mergere crines.
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
Iugera, Lucrinaq; domus, littúsque cruenti
Antiphatæ. cedant vitrea iuga perfida Circes.

Aer Tiburis temperatissimus.

Anien placidè fluit in agro Tiburtino, aliàs præceps fluuius.

Velia.

Horat. epist. lib.1. *Quæ sit hyems Veliæ, quod cœlum Vala Salerni,*

Quorum hominum regio, & qualis via: nam mihi Baias Baiæ.
Musa superuacuas Antonius:& tamen illis
Me facit inuisum, gelida cùm perluor vnda
Per medium frigus.
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram Virgil.lib.6.
Iniyce (nanque potes) portúsque require Velinos. Aeneid.
Iámque adeò Scopulos Sirenum aduecta subibat, Portus Veliæ.
Difficiles quondam, multorúmque ossibus albos.

Anxur vrbs Volscorum.

Siue salutiferis candidus Anxur aquis. Martialis.
Ora, manúsque tua lauimus Feronia lympha. Horat. Serm. lib.1.
Millia tum pransi tria repsimus, atque subimus
Impositum saxis latè candentibus Anxur.

Feronia.

Ora, manúsque tua lauimus Feronia lympha. Horat. ibidē.
—Itur in agros Sil. Ital. lib. 13.
Diues vbi ante omnis colitur Feronia luco,
Et sacer humectat fluuialia rura Capenas. Capenæ opp.
Fama est, intactas longaeui ab origine Fauni
Creuisse in medium, congestis vndique donis
Immensum per tempus opes, lustrísque relictum In Luco Feronia thesauri deponebātur,& seruabantur.
Innumeris aurum, solo seruante pauore.

Pręneste.

Vester, Camœnæ, vester in arduos Horat. carm. lib.3.
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.

Collatia, & veteres aliæ vrbes Italiæ.

Nomentum oppidum. Gabij opp. Fidena opp. *Virgil. lib. 6. Aeneid.* Pometij op. Inuum opp. Bola, Cora, oppida.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Laude pudicitia celebres, addéntque superbos
Pometios, Castrúmque Inui, Bolámque, Corámque,
Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terra.

Camere.

Ouid. Fast. lib. 3. Crathis fl.

Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Paruus ager: Camerem incola turba vocat.

Meuania.

Propertius lib. 4.

Vmbria te notis antiqua penatibus edit.
Mentior? an patria tangitur ora tua?
Quà nebulosa cauo rorat Meuania campo,
Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis,
Scandentísque axis consurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Stat. lib. 1. Syluarum. Clitumnus fluuius in Vmbr.

—nec si vacuet Meuania valles,
Aut præstent niueos Clitumna noualia tauros,
Sufficiam, sed sæpe Deis hos inter honores
Cespes, & exiguo placuerunt farra salino.

Narnia, cui vicinus Clitumnus.

Claudian. de 6 consulatu Honorij.

Quin & Clitumni sacras victoribus vndas,
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis,
Visere cura fuit. nec te miracula fontis
Prætereunt: tacito passu quem siquis adiret,
Lentus erat: si voce gradum maiore citasset,

Fons Narniæ mirus.

Commistis feruebat aquis. cúmque omnibus vna
Sit natura vadis, similes vt corporis vmbras
Ostendant: hæc sola nouam iactantia sortem,

Huma-

Humanos properant imitari flumina mores.
Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum Nar fluuius.
Regali calcatur equo, rarique coloris
Non procul amnis abest urbi, qui nominis author
Ilice sub densa syluis iactatur opacis.
Inter vtrunque iugum tortis anfractibus albet.
Inde salutato libatis Thybride limphis,
Excipiunt arcus, operosáque semita vastis
Molibus, & quicquid tantæ præmittitur vrbi.

Marrucinum.

—procul ista tuis, Tifata Teate, Stat. sylua. lib. 4.
Nec Marrucinos agat hæc insania montes.

Sulmo oppidum Pelignorum.

Sulmo mihi patria est gelidis vberrimus vndis: Ouid. Trist. lib. 4.
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.
Gens mea Pelign, regióque domestica Sulmo, Idem de Ponto lib. 4.
Non potuit nostris lenior esse malis.

Sinuessa oppidum.

Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustres Horat. Epist. lib. 1.
Inter Minturnas, Sinuessanúmque Petrinum.
In Mamurrarum lassi deinde vrbe manemus, Idem Sermo. lib. 1.
Postera lux oritur multo gratissima: nanque Mamurra.
Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliúsque occurrunt.

Caieta.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nuntrix Caieta oppidū à Caieta Aneæ nutrice cōditum.
Æternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tuus, ossáque nomen Verg. Aeneid. lib. 7.
Hesperia in magna, si qua est ea gloria signat.

Cumæ.

Huc vbi delatus Cumaam accesseris vrbem, Virgil. Aeneid. lib. 3.

Diuinósque lacus,& Auerna sonantia syluis,
Cumis Sibylla habitauit. *Insanam vatem adspicies, quæ rupe sub ima*
Fata canit, foliísque notas,& nomina mandat:
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verùm eadem, verso tenuis cum cardine ventus
Impulit,& teneras turbauit Ianua frondes,
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedémque odere Sibyllæ.
Idem Aeneid.lib.6. *Sic fatur lachrymans, classiq; immittit habenas,*
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Cumani ex Eubœa insula oriundi. *—quò tendis? non mihi Cumas*
Est iter, aut Baias.
Horat. epist. lib.I.

Neapolis quæ olim Parthenope dicta est, & est sepultus ibi Virgilius.

Horat.Epodō lib.10. *Non defuisse masculæ libidinis*
Ariminensem Foliam,
Et iocosa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum.
Sil. Ital. lib. 12. *Prima instaurantem sensit certamina mitis*
Parthenope, non diues opum, non spreta vigoris:
Sed portus traxere ducem, secura volentem
Neapolitanorum primi mores. *Æquora, quà peteret veniens Carthagine puppis.*
Non mollis vrbi ritus, atque hospita Musis
Otia,& exemptum curis grauioribus æuum,
Sirenum dedit vna suum & memorabile nomen
Parthenope vnde dicta. *Parthenope muris Acheloias, æquore cuius*
Regnauere diu cantus, cùm dulce per vndas
Exitium miseris caneret non prospera nautis.

Hæc pone aggressus (nam frontem clauserat æquor)
Mœnia.
Parthenopénque petit, Tyrrhena per æquora currens. Paling. de virgine.
Vnde & Parthenope Sirenis clara sepulchro, Idem in Sagittario.
Nunc sua Gallorum manibus pomaria cernens
Vastari, heu tristis gemit ad Sebethidas vndas. Neapolis cōsita pomariis.
Est inter notos Sirenum nomine muros, Stat. Syl. li. 2.
Saxáque Tyrrhena templis ornata Mineruæ,
Celsa Dicarchei speculatrix villa profundi,
Quà Bromio dilectus ager, colléisque per altos
Vritur, & prælis non inuidet vua Falernis
Surrentina tuus spectat prætoria Limon
Vna tamen cunctis procul eminet, vna diætis,
Quæ tibi Parthenopen directo limite Ponti
Ingerit.
Manthua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Vergilius Neapoli sepultus.
Parthenope.

Surrentum.

Incerti authoris in Epitaphium Virgilij.

Brundusium comes, aut Surrentum ductus amœnum. Horat. Epist. lib. 1.
—quà limite noto
Appia longarum teritur Regina viarum. Stat. Syl. lib. II.
Sed iuuere mora, placido lunata recessu
Hinc atque hinc curuas perrumpunt æquora rupes:
Hîc seruat terras, hîc sæuis fluctibus obstat. Appia via.
Mira quies pelagi, ponunt hîc lassa furorem
Æquora, & insani spirant clementius Austri.
Mons erat hîc vbi plana vides: hæc lustra fuerunt,
Quæ nunc tecta subis, ubi nunc nemora ardua cernis.

Capua oppidum Italiæ.

Hi sunt qui vestris infixum mœnibus hostem Idem. lib. 11.
Deiecere manu, & Capuam eripuere superbis Capua oppidum dicta à
Samnitum iussis: hi sunt qui iura dedêre Capy Troiano.

Terrore expulso, Sidicináque bella remorunt.

Capuani cognati Romanis: *Quos fugitis socios odiis? quósve additis? ille*
Dardanius cui sacra pater, cui nomina liquit
Idem in eodẽ libro. *A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo.*
Iámque Iouem, & latos per furta canebat amores,
Electrǽq; toros Atlantidos, vnde creatus
Proles digna Deûm tum Dardanus, isque tonanti
Vt det Erichthonium magna de stirpe nepotem.
Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Assaracus, nullóque minor famáve manúve,
Tum Capys vt primus dederit sua nomina muris.

Ausonius de claris vrbibus. *Nec Capuam pelago, cultúque, penúque potentem*
Deliciis, opibus, famáque priore silebo.
Fortuna variante vices, quæ freta secundis
Nesciuit seruare modum. Nunc subdita Romæ,
Æmula tunc. Fidei memor, ánne infida senatum,
Sperneret, an coleret dubitans, sperare curules
Campanis ausa auspiciis, vnóque suorum
Consule: vt imperium diuisi attolleret orbis.
Quinetiam rerum dominam, Latiíque parentem
Appetijt bello: ducibus non freta togatis,
Hannibalis iurata armis, deceptáque in hostis
Seruitium demens specie transiuit herili:
Mox vt in occasum vitiis communibus acti
Capuæ sese & exercitum suum corrupit nimiis delitiis Annibal. *Corruerent pœni, luxu Campania festo.*
Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem.
Illa potens, opibúsque valens, Roma altera quondam:
Comere quæ paribus potuit fastigia conis,
Octauum reiecta locum vix pone tuetur.

Horat. Serm. lib. I. *Hinc muli Capua clitellas tempore ponunt.*

Capuanorum mores.

Sil. Ital. lib. II. —*Capuæq; furorem*

Quis

Quis nam mutato tantùm nunc tempore credat?
Luxus, & insanis nutrita ignauia lustris,
Consumptúsque pudor peccando, vnisque relictus
Diuitijs probrosus honor, lacerabat hiantem
Desidia populum, ac resolutam legibus vrbem.
Insuper exitio truculenta superbia agebat.
Nec vitijs deerant vires: non largior vlli
Ausoniæ populos (sic tum fortuna fouebat) Capua olim ditissima.
Aurique argentique modus, madefacta veneno
Assyrio, manibus vestis, medióque dierum
Regales epulæ, atque ortu conuiuia solis.
Deprensa, & nulla macula non illita vita.
Tum populo sæui patres, plebésque senatus
Inuidia lacera, & collidens dissona corda
Seditio: sed enim interea temeraria pubes
Delicta augebat, pollutior ipsa senectus. Delitiæ & mores Capuanorum corruptissimi.
Nec quos vile genus, despectáque lucis origo
Fœdabat, sperare sibi & deposcere primi
Deerant imperio, ac patriæ pereuntis habenas.
Quinetiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira,
Certantum ferro sæpe, & super ipsa cadentum
Pocula respersis non parco sanguine mensis.
Circùm aderant mensæ egregiæ, dapibúsque refertæ, Palinge. in
Qualibus accubuit Capuæ dux luscus: & ipsi Geminis.
Accubuere olim qui Ancylia sacra tenebant.

Pæstum oppidum Campaniæ.

Forsitan, & pingues hortos, quæ cura colendi Virg. Georg.
Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti. lib. 4.
Nec Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit, Ouid. de Ponto lib. 2.
Calcháque Pæstanas vincet odore rosas.

Oſtia oppidum Latij.

Idem Faſt. lib. 4.

Oſtia contigerat, quà ſe Tiberinus in altum
Diuidit, & campo liberiore natat.

Virgil. Aeneid. lib. 1.

Carthago, Italiam contra, Tyberináque longè
Oſtia.

Canuſium, Barus, Gnatia, oppida Appuliæ.

Horat. Serm. lib. 1.

Canuſium à Diomede cõditum.

Nam Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior vrna,
Qui locus à forti Diomede eſt conditus olim.
Poſtera tempeſtas melior, via peior adúſque
Bari mœnia piſcoſi. dehinc Gnatia lymphis
Iratis extructa dedit, riſúſque, iocóſque.

Aricia oppidum Latij Dianæ dicatum in via Appia ad Albanum montem.

Horat. lib. 1. Sermonum.

Egreſſum magna, me excepit Aricia Roma
Hoſpitio modico.
—Inde Forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Ouid. Faſt. lib. 3.

Inter Aricinos, Albanáque tempora conſtat,
Factáque Telegoni mœnia celſa manu.

Mendici Ariciæ ad templum Dianæ plurimi olim ſedebãt.

Iuuenalis Satyra 5.

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Stat. Syl. li. 4.

Fumat Aricinum Triuiæ nemus, & face multa
Conſcius Hyppolyti ſplendet lacus. ipſa coronat
Emeritos Diana canes, & ſpicula tergit,
Et tutas ſinit ire feras, omniſque pudicis
Itala terra focis Hecateias excolit Idus.

Alba oppidum Latij.

Alba oppidũ in via Appia ſitum.

Stat. ibidem.

Aſt ego Dardaniæ quamuis ſub collibus Albæ
Rus proprium, magníque ducis mihi munere currens
Unda mihi curas mulcere, æſtúſque leuare
Sufficerent.

— talis longo pòst tempore venit *Stat. Syluã. lib. 4.*
Lux mihi, Troiana qualis sub collibus Alba,
Cùm mihi Germanas acies, modò Daca sonantem
Prælia palladio tua me manus induit auro.
Non taceam monumenta via, qua Tuscula tellus, *Tibul. lib. 1.*
Candidáque antiquo detinet Alba Lare.
Cùm tibi sollicito secreti ad fluminis vndam, Alba vnde dicta.
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus *Virg. Aeneid. lib. 3.*
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba solo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum,
Nec tu mensarum morsus horresce futuros:
Fata viam inuenient, aderítque vocatus Apollo.
Multa quoque & bello passus, dum conderet vrbem,
Inferrétque Deos Latio: genus vnde Latinum,
Albaníque patres, atque altæ mœnia Romæ.
Vmbria te reuocat, necnon Albana petentem *Ouid. de Ponto lib. 1.*
Appia feruenti ducit ab vrbe rota.
Et stetit Alba potens, alba suis omine nata, *Proper. lib. 4.*
Hac vbi Fidenas longè erat ire vias.

Ardea vrbs in Latio.

Arma videt Turnúsque cadit: cadit Ardea, Turno *Ouid. Met. lib. 14.*
Sospite, dicta potens. quam postquam barbarus ensis
Abstulit, & trepida patuerunt tecta fauilla,
Congerie è media dum primùm cognita præpes Ardea vnde dicta.
Subuolat, & cineres plausis euerberat alis,
Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant vrbem, nomen quoque mansit in illa
Vrbis: & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Cannæ vicus Appuliæ.

Est locus Ætoli; signat quem gloria regis, *Sil. Ital. li. 1.*
Possessus quondam prisca inter secula Dauno,

Humentes rapido circundat gurgite campos
Aufidus, & stagnis intercipit arva refusis,
Mox fluctus fert Adriacos, magnóque fragore
Cedentem impellit retrorsum in æquora pontum.
Claudianus de bello Getico. *Cum ferus Ausonias perfringeret Hannibal arces,*
Et Trebiam suo geminassent funere Cannæ.

SEPTENTRIONALES EVropæ regiones, & populi.

Dionysius. *HVius quidem ad Boream [borealem partem] porrectæ gentes habitant,*
Multæ valde, ordine, Maotidis vsq; ad ostiũ paludis,
Germani po. *Germani, Sarmatæq;, Getæq; simul, Basternæq;:*
Getæ. Sarmatæ. *Et Dacorum immensa tellus, & strenui Alani,*
Basternæ. *Tauriq; qui habitant Achillis cursum aditu difficilem,*
Daci Alani. *Angustũ simul, longũq;, atq; ipsius vsq; ad ostiũ paludis.*
Tauri. *Super hos autem porrecta est equis abundantium Alanorum gens:*
Melãchlæni. *Vbi Melanchæniq; & homines, qui equos mulgent,*
Neuri. Geloni. *Neuriq;, Hippopodésq;, Geloniq;, atq; Agathyrsi:*
Agathyrsi. *Vbi Borysthenis fluuij extensa aqua*
Borysthenes fluuius. *Miscetur Euxino, arietis ante frontem,*
Rectà ad lineam, è regione Cyanearum [petrarum]
Adelsceus fl. *Illic quoque Adelsci, & Panticapæ aquæ*
Panticapæ fl. *Riphæis in montibus separatim murmurant.*
Riphæi montes. *Horum item iuxta gurgites, glaciale prope mare*
Mare glaciale. *Iucundo nitore lucens electrum nascitur, tanquam quidam splendor*
Lunæ ineuntis: adamantémque pellucentem
In propinquo videas sub frigidis Agathyrsis.

Istri

Istri sanè tot [populi] magis boreales sunt. Ister.
Iam gentes, Istrúmque mouet, Scythiámq; receptat Claud. in Rufinum lib. 3.
Auxilio, traditque suas hostilibus armis
Relliquias. mistus descendit Sarmata Daces, Sarmatæ. Daci.
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes, patriámque bibens Mæotin Alanus, Massagetæ. Mæotis. Alanus.
Membráq; qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. Geloni.

RHOETIA, VINDELICI, NOricum vicinæ regiones Italiæ versus Septentrionẽ, & earum descriptio.

NVnc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domāda, Pannonia. Illyris.
Rhœtica nunc prabet, Thraciáq; arua metū. Ouid. Trist. lib. 2.
Irrupere Getæ, nostras dum Rhœtia vires
Occupat, atque aliò desudant Marte cohortes. Thracia. Getæ.
—Iam fœdera gentes Claud. de bello Getico.
Exuerant, Latiísque audita clade feroces
Vindelicos saltus, & Norica rura tenebant. Idem eodem libro.
Accurrit vicina manus, quam Rhœtia nuper
Vindelicis auctam spoliis defensa probauit. Vindelici populi.
Videre Rhœti bella sub Alpibus Rhœti populi inter Alpes, nunc vocantur Grisones.
Drusum gerentem, & Vindelici: quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli. Horat. carm. lib. 4.
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicere nuper, Vindelici bellicosi populi.
Quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus, Genauni po.
Brennósque veloces, & arces Brenni populi in Alpibus siti.
Alpibus impositas tremendis.

Rhœti metuendi Romanis ipsis. *Deiecit acer, plus vice simplici.*
Gerræ. *Maior Neronum: mox graue prælium*
Dionysius. *Commisit, immanésque Rhœtos*
Pannonij. *Auspiciis pepulit secundis.*
Mysi. *Ad Austrum autem Gerræ, & Noricæ urbes munitæ:*
Dionysius. *Pannonij Mysiq́; magis boreales Thracibus.*

Britanni po. Hercynia sylua. Germaniæ regio tota similis bubulo corio.

GERMANIA, EIVSQVE descriptio.

Ouid. Fast. lib. 1. *IN longitudinem continentis versa: ubi borealis*
Oceani diffusum est frigidum fluentum: ubi Britanni
Germani primùm à Druso victi. *Albæq́; gentes habitant martiorum Germanorum,*
Idem Trist. lib. 2. *Hercyniæ syluæ præter salientes montes*
Continentem illam similem esse ferunt corio bubulo.
Germani feroces. *Et mortem, & nomen Druso Germania fecit.*
Horat. Carm. lib. 4. *Nunc te prole tua iuuenem Germania sentit:*
Bellàque pro magno Cæsare Cæsar habet.
Germani vix tandem domiti. *Quis Germania quos horrida parturit*
Fœtus, incolumi Cæsare? quis feræ
Ouid. Trist. lib. 3. *Bellum curet Iberiæ.*
Idem Trist. lib. 4. *Teque rebellatrix tandem Germania magni*
Triste caput pedibus supposuisse ducis.
Idem de Ponto lib. 3. *Iam fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis,*
Victa potest flexo succubuisse genu.
Germania Rhœtis vicina. *Perfida damnatas Germania proijcit hastas,*
Iam pondus dices omen habere meum.
Claudian. de 4. consulatu Honorij. *Aspera nubiferas quà Rhætia porrigit Alpes,*
Pergit, & hostiles, tanta est fiducia, ripas
Rhenus limes Romæ imperij fuit. *Incomitatus adit: totum properare per amnem*
Attonitos reges humili ceruice videres.
Germaniæ populi. Sicambri. *Ante ducem nostrum flauam sparsere Sicambri*

Cæsar

Cæsariem, pauidóque orantes murmure Franci Franci.
Procubuere solo. Iuratur Honorius absens,
Implorátque tuum supplex Alemania nomen. Alemanni.
Basternæ venere truces, venit accola sylua Basternæ.
Bructerus Hercyniæ, latísque paludibus exit Bructeri.
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Cherusci: Cimbri. Cherusci.
Agmina quin etiam fluuis obiecta Sicambris, Albis fl.
Quæq; domant Cattos, immansuetósque Cheruscos, Cotti.
Huc omnes vertere minas, tutúmque remotis *Idem de bello Getico.*
Excubiis Rhenum solo terrore relinquunt.
Vllàne posteritas credet? Germania quondam Pro miraculo habitum,
Illa ferox populis, quæ vix instantibus olim Germaniam
Principibus tota poterat cum mole teneri, victam esse
Iam sese placidam præbet Stiliconis habenis, & quiescere.
Vt nec præsidijs nudato limite tentet
Expositum calcare solum, nec transeat amnem,
Incustoditam metuens attingere ripam.
Te cæde gaudentes Sicambri Sicambri.
Compositis venerantur armis. *Horat. carm. lib.4.*

Flumina Germaniæ.

Rhenus.

Ouid. Met. lib.2.
Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat,
Hesperiósque amnes Rhenum, Rodanúmq;, Padúmq;. *Idem Fast. lib.4.*
Nunc adit Hesperios, Rhenũ, Rhodanúmq;, Padúmq; *Idem de Pōto lib.3.*
Téque future parens Tibri potentis aquæ. *Dionysius.*
Squallidus immittat fractá sub arundine crines Rhenus ex
Rhenus, & infectas sanguine potet aquas. Alpibus oritur, & in mare Septentrionale influit.
Atque huius ad Orientem apparet Alpis principiũ,
Cuius per medium deuoluuntur flumina Rheni,
Extremum ad fluentum borealis maris. *Claud. de raptu Proserpinæ lib.3.*
Non Rheni glacies, non me Riphæa tenebunt
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æstu *Auson. Edyll.9.*
Cæruleos nunc Rhene sinus, hyalóque virentem

Rhen⁹ & Mosella flu. cognati, quorũ hic in Rhenũ influit.
Pande peplum: spatiúmque noui metare fluenti.
Fraternis cumulandus aquis: nec præmia in vndis,
Sola, sed Augustæ veniens quòd mœnibus vrbis,
Spectauit iunctos natique, patrísque triumphos,
Nicrus fl. Lupodunus fl. *Hostibus exactis Nicrum super, & Lupodunum,*
Et fontem Latijs ignotum annalibus Histri.
Hæc profligati venit modo laurea belli:
Mox alias alíasque feret. Vos pergite iuncti:
Et mare purpureum gemino propellite tractu.
Neu vereare minor pulcherrime Rhene videri.
Inuidia nil hospes habet: potiere perenni
Nomine: tu fratrem, famæ securus, adopta,
Rhenus profundissimus fl. *Diues aquis, diues nymphis, largitor vtrique*
Alueus extendet geminis diuortia ripis:
Communésque vias diuersa per ostia fundet.
Francia. Camaues. *Accedent vires, quas Francia, quásque Camaues,*
Germanique tremant. tunc verus habebere limes.
Accedet tanto geminum tibi nomen ab amni.
Virg. egl. 10. *Quúmque vno de fonte fluas, dicere bicornis.*
Rhenus alluit regiones frigidas. *Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni*
Me sine sola vides: ah te ne frigora lædant:
Ister ex Alpibus ortus fluit in Euxinum Pontũ ad Oriẽtem. *Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.*

Ister qui & Danubius, fluuius Germaniæ.

Dionysius.
Peuce insul. *Ister in Orientem conuersus prope mare*
Istri accolæ populi. *Euxinum, vbi omnem eructat vnda spumam,*
Germani. *Quinque fluis ostiis labens circum Peucen.*
Sarmatæ. *Huius quidem ad boream porrecta gentes habitant*
Getæ. Basternæ. *Multa valde, ordine, Mæotidis vsq; ad ostiũ paludis,*
Getræ. Norici. *Germani, Sarmatæq;, Getæq;, Basternæq;.*
Pannonij. *Ad Austrum autem Getræ, & Noricia vrbes munitæ:*
Mysi. *Pannonij, Mysiq; magis boreales Thracibus,*
Thraces.

Ipsiq;

Ipsiq; Thraces immensam terram habentes.
Illum non populi fasces, non purpura regum Virg. Georg. lib. 2.
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro. Daci.
Inde Padus, Tanaïs, Ganges, Istérque videntur Paling. de Leone.
Agrorum fossæ, quoties implentur ab imbri.
Te fontium qui celat origines Horat. carm. lib. 4.
Nilúsque, & Ister, te rapidus Tigris, Istri origo veteribus ignota.
Te cade gaudentes Sicambri
Compositis venerantur armis.
Solus ad ingressus missus septemplicis Istri, Ister habet septem ostia.
Parrhasiæ gelido virginis axe premor. Ovid. Trist. lib. 2.
Iazyges, & Colchi, Metereáque turba, Getaq; Accolæ Istri. Iazyges, Colchi, Meterei.
Danubij medijs vix prohibentur aquis.
Cúmque alij tibi sint causa grauiore fugati:
Vlterior nulli, quàm mihi terra data est.
Longius hac nihil est: nisi tantùm frigus, & hostis, Ister Limes olim Romani imperij ad Septentrionem.
Et maris adstricto quæ coit vnda gelu.
Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:
Proxima Basternæ, Sauromatæq; tenent.
Sauromatæ cingunt fera gens, Bessiq; Getæq;: Idem Trist. lib. 3. Sauromatæ. Bessi.
Quam non ingenio nomina digna meo!
Dum tamen aura tepet, medio defendimur Istro, Ister gelu cõstringitur.
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
At cùm tristis hyems squalentia protulit ora:
Terráque marmoreo candida facta gelu:
Dum patet & Boreas, & nix iniecta sub Arcto:
Tum patet has gentes axe tremente premi.
Nix iacet: & iactam nec sol, pluuiæ ve resoluunt:
Indurat Boreas, perpetuámque facit.
Ergo, vbi deliquit nondum prior altera venit: Boreæ vis & impetus circa Istrum, & vicinas regiones.
Et solet in multis bina manere locis:
Tantáque commoti vis est Aquilonis, vt altas

Æquet humo turres: tectáque rapta ferat.
Pellibus, & sutis arcent mala frigora braccis:
Oráque de toto corpore sola patent.
Sæpe sonant moti glacie pendente capilli:
Et nitet inducto candida barba gelu.
Vina conglaciátur frigore in Istrinis regionibus. *Nudáque consistunt formam seruantia testæ*
Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, vt cuncti concrescunt frigore riui?
Déque lacu fragiles effodiuntur aquæ?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne,
Ister non minor Nilo. *Miscetur vasto multa per ora freto:*
Cæruleos ventis latices durantibus Ister,
Congelat: & tectis in mare serpit aquis.
Quáque rates ierant, pedibus nunc itur: & vndas
Ister conglaciatus, pedibus trãsitur. *Frigore concretas vngula pulsat equi:*
Perq; nouos pontes subter labentibus vndis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.
Vidimus ingentem glacie consistere pontum,
Lubricáque immotas testa premebat aquas.
Nec vidisse sat est: durum calcauimus æquor:
Vndáque non vdo sub pede summa fuit.
Ouid. de Ponto lib. 4. *Præfuit his Græcine locis modò Flaccus, & illo*
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Mysi pop. *Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli,*
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Troezen oppidum ad Istrum. *Hic raptam Troezen celeri virtute recepit,*
Infecitque fero sanguine Danubium.
Ausonius in Epigrammatis. *Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus*
Danubius lætum profero fonte caput.
Saluere Augustos iubeo, natúmque, patrémque,
Armiferis alui quos ego Pannonijs.
Nuncius Euxino iam nunc volo currere ponto:
Vt sciat hoc superûm cura secunda Valens,

Cæde,

Cade, fuga, flammis stratos periisse Sueuos:
Nec Rhenum Gallis limitis esse loco.
Quòd si lege maris refluus mihi curreret amnis:
Huc possem victos inde referre Gothos.
Danubius penitis caput occultatus in oris,
Totus sub vestra iam ditione fluo.
Quà gelidum fontem mediis effundo Sueuis,
Imperiis grauidas qua seco Pannonias:
Et quà diues aquis Scythico soluo ostia Ponto,
Omnia sub vestrum flumina mitto iugum.
Augusto dabitur sed proxima palma Valenti.
Inueniet fontes hic quoque, Nile, tuos.
Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Istri,
Fundere nón vno, tantùm quem flumina cornu
Accipimus: septem exit aquis: septem ostia pandit.
—sublimis in Arcton
Prominet Hercynia confinis Rhœtia sylua:
Quæ se Danubij iactat, Rheníque parentem,
Vtráque Romuleo prætendens flumina regno.
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant,
Et fluuios cogunt vnda coeunte minores
In nomen transire suum. te Cimbrica Tethys
Diuisum bifido consumit Rhene meatu.
Thracia quinque vadis Istrum vorat Amphytrite.
Ambo habiles remis, ambo glacialia secti
Terga rotis, ambo Boreæ, Martíque sodales.
Sed latus, Hesperiæ qua Rœtia iungitur oræ,
Præruptis ferit astra iugis, pandítque tremendam
Vix æstate viam, multi ceu Gorgone visa
Obriguere gelu, multos hausere profundæ
Vasta mole niues, cúmque ipsis sæpe iuuencis
Naufraga candenti merguntur plaustra Barathro.

Sueui à Gratiano victi.

Ister è Sueuia oritur. Sueui pop. Germaniæ.

Vale. Argõ. lib.8.

Claud de bello Getico. Istrũ è Rhœtia oriri sentit Claudia.

Rheni & Istri comparatio.

Germaniæ populi.

Sueui, qui & Alemani.

Claud. in Eutropiũ lib. I. *Arduus, & flauis signabat iura Sueuis,*
Implorátque tuum supplex Alemania nomen.

Idem de 4. Honorij consul.

Cimbri, & Teuthones vicini.

Idẽ ibidem. *— latisque paludibus exit*
Cimbrus.

Idem de bello Getico. *Hac & Teutonico quondam patefacta furori*
Colla catenati vidit squalentia Cimbri.

Cherusci, Saxones, & Bructeri vicini.

Albis fl. *— ingentes Albim liquere Cherusci.*

Idem de 4. cõsul. Honorij. *— venit accola sylua*

Idẽ ibidem. *Bructerus Hercynia.*

Catti. Cherusci. *Quaq; domant Cattos, immansuetósque Cheruscos.*

Idem de bello Getico.

Franci.

Idem de 4. cõsul. Honorij. *— pauidóque orantes murmure Franci*
Procubuere solo.

Idem in Eutrop. lib. I. *Ante pedes humili Franco, tristíque Sueuo*
Perfruor, & nostrum video Germanice Rhenum.

Sicambri, Catti, & Cayci vicini.

Idem de bello Getico. *Agmina quin etiam flauis obiecta Sicambris,*
Quaq; domant Cattos, immansuetósque Cheruscos
Huc omnes vertere minas.

Idem de 4. cõsul. Honorij. *Ante ducem nostrum flauam sparsere Sicambri*
Cæsariem.

Idem in Eutrop. lib. I. *Germanis responsa dabat, legésque Caycis*
Ardiuis.

Scythia

SCYTHIA GENERALI NOMINE eſt dicta ea pars Europæ, quæ ſupra Danubium eſt verſus Septentrionem, & à Germania ad Tanain fluuium, & Mœotidem vſque paludem (quæ finis eſt Europæ) pertingit. Huius Scythiæ Europææ pars quædam eſt Maritima: quædam mediterranea. Scythia Europæa maritima eſt duplex. Nam verſus Septentrionem quædam ad oceanum ipſum Septentrionalem (qui & mare Baltheum & Glaciale dicitur) ſita eſt: quædam autem Orientem verſus ad Mæotin paludem pertinet, cuius vtriuſque varij ſunt populi, & gentes.

Scythiæ Europææ deſcriptio generalis.

Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini: *Ouid. Triſt. lib. 1.*
Vrbe, meo quæ iam non adeunda pede eſt: *Idem Triſt. lib. 3.*
Sed ſcopulis ponti, quos hæc habet ora ſiniſtri: Scythia ſubiacet polo Arctico.
Inq́; feris Scythiæ, Sarmaticiſque iugis.
Ergo erat in fatis Scythiam quoque viſere noſtris, *Idem Triſt. lib. 3.*
Quæq́; Lycaonio terra ſub axe iacet?
Proxima ſideribus tellus Erymanthidos Vrſæ Scythia regio frigidiſſima.
Me tenet, adſtricto terra peruſta gelu. Vltimæ regiones Scythiæ & Mũdi
Boſphorus, & Tanais ſuperant, Scythiaq́; paludes, Tanais fl.
Vixq́; ſatis noti nomina pauca ſoli. Mæotis palus.
Vlterius nihil eſt, niſi non habitabile frigus.

Heu quàm vicina est vltima terra mihi!

Ouid. de Ponto lib. 4. *Proxima sunt nobis plaustri præbentia formam,*
Et quæ præcipuum sidera frigus habent.

E Scythia oritur Boreas ventus frigidissimus. *Hinc oritur Boreas, oraq́; domesticus huic est,*
Et sumit vires à propiore loco.
At notus aduerso tepidus qui spirat ab axe,
Et procul, & rarus languidiórque venit.

Claud. In Rufin. lib. I. *Iam gentes, Istrúmque mouet, Scythiámque receptat*

Auster rarò flat in Scythia. *Auxilio, tradítque suas hostilibus armis*
Relliquias, mistis descendit Sarmata Dacis,
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Messagetes, patriámque bibens Mæotin Alanus,
Membráque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

SCYTHIÆ EVROPÆÆ PARTICularis descriptio, & primùm quidem eius, quę versus Septentrionem Maritima est, & à Germania ad Tanaim fluuium, & Mæotidem vsque paludem protenditur.

Huius populi sunt Sarmatæ, qui & Samatæ, & Sauromatæ dicti sunt, Mysiam & Poloniam, quæ nunc appellatur, complectitur.

Ouid. Trist. lib. I. *Sed scopulis Ponti, quos hæc habet ora, sinistri:*
Inq; feris Scythiæ, Sarmaticísque iugis.

Ouid. Trist. lib. 2. *Solus ad ingressus missus septemplicis Istri,*
Parrhasiæ gelido virginis axe premor.

Iazyges, Colchi, Meterei, Getæ populi ad Tamain & Meotiden paludem. *Iazyges, & Colchi, Metereáque turba, Getaq́;*
Danubij mediis vix prohibentur aquis.
Longius hac nihil est: nisi tantùm frigus, & hostis,
Et maris adstricto quæ coit vnda gelu.

Hacte-

Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:
Proxima Basternæ, Sauromatæq; tenent. Basternæ. Sauromatæ.
Hæc est Ausonio sub iure nouissima: vixque
Quem mihi nunc animum dira regione iacenti Ouid. Trist. lib. 3.
Inter Sauromatas esse, Getásque putas?
Si quis adhuc istic meminit Nasonis adempti: Idem Trist. lib. 3.
Et super est sine me nomen in vrbe meum:
Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor: Scythia Europæa barbara.
Me sciat in media viuere barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens, Bessiq;, Getæq;, Bessi.
Quàm non ingenio nomina digna meo!
Dum tamen aura tepet, medio defendimus Istro:
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
Nix iacet, & iactam nec sol, pluuiæue resoluunt: Scythia Europæa ad Tanain frigidissima.
Indurat Boreas, perpetuámque facit.
Tantáque commoti vis est Aquilonis, vt altas
Æquet humo turres: tectáque rapta ferat.
Dices ô quoties hoc mihi dulcius, Claud. ode. 4.
Quam flauos decies vincere Sarmatas! Sarmatæ flaui colore.
Intrauit Scythiæ multiuagas domos, Scythæ Europæi vagi in tentoriis habitant.
Et gentes patriis sedibus hospitas:
Calcauítque freti terga rigentia,
Et mutis tacitum littoribus mare. Seneca Hercules furens.
Illic dura carent æquora fluctibus, Mare glaciale.
Et quà plena rates carbasa tenderant,
Intonsis teritur semita Sarmatis. Scythæ promisso capillo viuunt.
Stat pontus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitem pati.
Crede tamen, nec te caussas nescire sinemus, Ouid. de Pōto lib. 4.
Horrida Sarmaticum cur mare duret hiems.

Agathyrsi, qui ij fuisse videntur, quos Lituanos, & Moschos hodie appellant, nisi quis malit esse eos quos Mosynos Vergilius vocat.

Virg lib 4. Aeneid. *Instauràtque choros mistique altaria circum*
Cretésque, Dryopésque fremunt, pictiq; Agathyrsi.
Dionysius. *Neuriq;, Hippopodésque, Gelonúq;, atque Agathyrsi.*

Borysthenes fluuius Agathyrsorum, item & Aldescus, & Panticapus, & Melanthus.

Idem. *Vbi Borysthenis fluuij extensa aqua*
Miscetur Euxino, Arietis ante fontem,
Rectà ad lineam, è regione Cyanearum[petrarum]
Illic quoque Aldesci, & Panticapæ aquæ
Riphæi mõtes crediti esse in Scythia Europæa. *Riphæis in montibus separatim murmurant.*
Horum item iuxta gurgites, glaciale prope mare,
Electrum in Scythia nascitur. *Iucundo nitore lucens electrum nascitur, velut quidam splendor*
Lunæ ineuntis: adamantémque pellucentem
In propinquo videas sub frigidis Agathyrsis.
Dyraspes fl. Ovid. de Ponto lib. 4. *Cúmque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes,*
Et tacitè peragens lene Melanthus iter.

Riphæi montes, qui illîc à veteribus Geographis, etsi falsò collocantur.

Dionysius. *Riphæis in montibus separatim murmurant.*
Seneca in Hyppolyto. *—Scandite colles*
Semper canos niue Riphæa.

Tanais

Tanais fluuius ad Septentrionem terminus Europæ.

Quiq; duas terras, Asiam, Cadmique sororem
Separat, & cursus inter vtrânque facit. Ouid. de Ponto lib. 4.

Extremum Tana in si biberes Lyce
Sæuo nupta viro: me tamen asperas
Porrectum ante fores obiicere incolis
Plorares Aquilonibus. Horat. Carm. lib. 3.

Seu flauos strauere Getas, seu fortè rigentem
Thermodoontiaca Tanain fregere securi. Claud. de raptu Proserp. lib. 2.

—medijs Tanais fumauit in vndis. Ouid. Met. lib. 2.

Credas ad Tanain, ferúmque Phasin,
Thermodontiacas calere turmas. Stat. Syl. li. 1.

Hic audax subit ordo Pumilonum,
Quos Natura breui statu peracto,
Nodosum semel in globum ligauit.
Edunt vulnera conserúntque dextras,
Et mortem sibi qua manu minentur
Ridet Mars pater, & cruenta Virtus,
Casuraq; vagis Grues rapinis,
Mirantur Pumilos ferociores.

Pigmæi & pumiliores homines ad Tanain fl. habitant.

Pigmæi pugnant cum gruibus.

Volutus Tanais Mæotidis in sinum labitur:
Qui Europam secernit ab Asia terra:
Ad occasum, Europã: ad ortum autem Asiam terram. Dionysius.
Huius sanè fontes quidem in montibus Caucasiis
Procul murmurant: vastus autem hinc inde
Concitus Scythicos currit super campos.
Hoc autem æstuante immensum inmodum à Borea,
Glaciem videres præ frigore concretam.
Miseri qui circa illum domicilia habent homines:
Perpetuò illis frigida nix, gelúque perniciose flans,
Et quum è ventis plurimum frigus venerit,
Aut equos morientes ante oculos cernas,

Tanais in Mæotin paludem fluit.

Tanais è Caucaso oritur.

Frigidissima regio Tanai vicina.

Aut etiam mulos, aut in agro stabulantium genus ouium.
Neque enim ipsi illæsi esse possent
Homines qui illis sub flatibus manerent:
Accolæ Tanais & Mæotidis paludis propter nimium frigus sepè suas sedes reliquere. *Verum fugiunt, iunctis plaustris,*
Regionem in aliam: linquunt autem terram ventis
Hybernis, qui etiam improba furentes procella,
Terrámque agitant, & montes piniferos.
Tot sanè fluuium Tanain accolunt.
Idem. *Europam autem ab Asia Tanais in medio determinat:*
Qui quidem voluens se per terram Sauromatarum,
Trahitur in Scythiam, & in Mæotidem paludem
Versus Boream.
Lucan. lib. 3. *—quà vertice lapsus*
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiæq́, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illum, quà flectitur, ampliat orbem.
Tibullus li. 4. *Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus*
Padæus fl. Hebrus fl. Getæ pop. Mosyni pop. *Quáque Hebrus, Tanaísque Getas rigat, atque Mosynos.*

SCYTHIÆ EVROPÆÆ EIVS, quæ ad Mæotim Paludem pertinet, descriptio.

Mæotidis paludis accolæ populi Europæi vsq́ ad Pontum.

Alani.

Dionysius. *Et Dacorum immensa tellus, & strenui Alani,*
Taurique qui habitant Achillis cursum aditu difficilem,

Augu-

Angustum simul, longúmque atque ipsius vsque ad ostium paludis.

Alani.

Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax — Idem in Rufinum lib. 1.
Messagetes, patriámque bibens Mœotin Alanus.
Superbos autē Hunos porrecta est equis abundantium gens Alanorum. — Dionysius.

Hunni.

—iam formidata tyranni — Claud. in Rufinum lib. 2.
Tempestas subeunda mihi: qui forte nefandas
Iam parat insidias: qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut impacatis famulos præstabit Alanis.

Geloni & Messagetæ.

Adspice & extremis domitum cultoribus orbem, — Virg. Georg. lib. 2.
Eoásque domos Arabum, pictósque Gelonos.
Vbi Melanchlaníque, & homines, qui equos mulgent, — Melāchlæni.
Neuriq́, Hippopodésque, Geloniq́, atque Agathyrsi. — Neuri. Hippopodes. Geloni. Agathyrsi.
Ecce autem flauis Gradiuus ab vsque Gelonis — Claud. in Eut. lib. 2.
Arua cruentato repetebat Thracia curru.
Membráque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. — Idem in Ruf. lib. 1.
Eques Gelonis imperiosior. — Idem Ode 1.
Messagetes quo fugit equo, volucrésque Geloni. — Lucan. lib. 3.
Præfuris in medios si comminus orsa tulisses — Stat. Thebai. lib. 2.
Bistonas, aut refugo pallentes Sole Gelonos. — Bistones.

Neuri, & Melanchlæni.

Vbi Melanchlæníque, & homines, qui equos mulgent, Neuríque. — Dionysius.

Populi Europæi accolæ Ponti vsque ad Propontidem, quum descendis versus Meridiem.

Tauri vel Taurici populi.

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: — Ouid. Trist. lib. 4.

Pontus Euxinus olim dictus Axenus & inhospitalis.

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis æquora ventis:
Nec placidos portus hospita nauis habet.
Sunt circà gentes quæ prædam sanguine quærunt:
Nec minus infidâ terra timetur aquâ.
Illi, quos audis hominum gaudere cruore:
Pene sub eiusdem frigoris axe iacent.

Scythæ.

Diana Taurica cæde Hospitum placabatur.

Nec procul à nobis locus est: vbi Taurica dira
Cæde Pharetratæ spargitur ara deæ.
Hæc prius, vt memorant, non inuidiosa nefandis,
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.

Taurici pop. humani redditi.

Hîc pro supposita virgo Pelopeia cerua
Sacra deæ coluit qualiacúnque suæ.

Iphigenia.

Quò postquam dubium pius an sceleratus, Orestes
Exactus furiis venerat ipse suis,
Et comes exemplum veri Phocæus amoris:
Qui duo corporibus, mentibus vnus erant:
Protinus euincti tristem ducuntur ad aram,
Quæ stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum:
Alter ab alterius funere mœstus erat.
Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos:
Cinxerat & Graias barbara vitta comas,
Cùm vice sermonis fratrem cognouit, & illi
Pro nece complexus Iphigeneia dedit.
Læta deæ signum crudelia sacra perosæ
Transtulit ex illis in meliora locis.
Hæc igitur regio magni penè vltima mundi,
Quàm fugêre homines, diique, propinqua mihi est.

Homines sacrificati apud Tauricos.

Atque meam terram prope sunt funebria sacra:
Si modò Nasonis barbara terra sua est

Idem de Pōto lib. 3.

Est locus in Scythia, Tauros dixere priores,
Qui Getica longè non ita distat humo.

Hac

Hac ego sum terra, patria nec pœnitet, ortus;
Consortem Phœbi gens colit illa deam.
Templa manent hodie vastis innixa columnis,
Perque quater denos itur in illa gradus.
Fama refert illic signum cæleste fuisse,
Quóque minus dubites, stat basis orba Deæ.
Aráque, quæ fuerat naturâ candida saxi,
Decolor affuso tincta cruore rubet.
Fœmina sacra facit tedâ non nota iugali,
Quæ superat Scythicas nobilitate nurus.
Sacrifici genus est (sic instituêre parentes)
Aduena virgineo cæsus vt ense cadat.
Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora,
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras,
Nescio quam dicunt Iphigeneian iter:
Quam leuibus ventis sub nube per aera vectam,
Creditur his Phœbe deposuisse locis.
Præfuerat templo multos ea ritè per annos,
Inuitâ peragens tristia sacra manu:
Cùm duo velifera iuuenes venere carina,
Presserúntque suo littora nostra pede.
Par fuit his ætas, & amor: quorum alter Orestes,
Alter erat Pylades, nomina fama tenet.
Protinus immitem Triuiæ ducuntur ad aram,
Euincti geminas ad sua terga manus.
Sparsit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.
Dúmque parat sacrum, dum velat tempora vittis,
Dum tardæ caussas inuenit ipsa moræ:
Non ego crudelis, iuuenes ignoscite, dixit,
Sacra suo facio barbariora loco.
Ritus is est gentis, qua vos tamen vrbe venitis?

Templum Dianæ Tauricæ, & sacra.

Orestes. Pylades.

Quódve parum fausta puppe petistis iter?
Dixi.,& audito patriæ pia nomine virgo,
Consortes vrbis comperit esse suæ.
Alter vt è vobis,inquit, cadat hostia sacris,
Ad patrias sedes nuncius alter eat.
Ire iubet Pylades charum periturus Orestes,
Hic negat,inq; vicem pugnat vterque mori.
Extitit hoc vnum,quod non conuenerat illis:
Cætera pars concors & sine lite fuit.
Dum peragunt iuuenes pulchri certamen amoris,
Ad fratrem scriptas exarat illa notas,
Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur,
(Humanos casus adspice)frater erat.
Nec mora,de templo rapiunt simulachra Dianæ,
Clámque per immensas quippe feruntur aquas.
Mirus amor iuuenum, quamuis abiere tot anni,
In Scythia magnum nunc quoque nomen habent.

Getæ, qui & Gothi & Bistones,
& Cicones iis vicini.

Idem Trist. lib.1. *Nos freta sideribus totis distantia mensos*
Sors tulit in Geticos, Sarmaticósque sinus.
Solus ad ingressus missus septemplicis Istri,
Idem Trist. lib.2. *Parrhasiæ gelido virginis axe premor.*
Hac est Ausonio sub iure nouissima,vixq;
Hæsit in imperij margine terra tui.
Idem Trist. lib.3. *Quem mihi nunc animum dira regione iacenti*
Inter Sauromatas esse,Getásque putas?
Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor
Me sciat in media viuere barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens,Bessiq;,Getæq;,
Quàm non ingenio nomina digna meo!
Claud.de rapt. Proserp. lib.2. *Seu flauos strauere Getas,seu forte rigentem*
Thermodoontiaca Tanain fregère securi.

fle-

—flerunt Rhodopeiæ arces, *Virg. Georg. lib. 4.*
Altáque Pangea, & Rhœsi mauortia tellus,
Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithya.
Quales Threiciæ Rhodopen, Pangæáque lustrant *Sil. Ital. lib. 2.*
Saxosis nemora alta iugis, cursúque fatigant
Hebrum innupta manus, spreti Ciconésque, Getæq́, Cicones. Getæ pop.
Et Rhœsi domus, & lunatis Bistones armis. Bistones po.
Flumen habent Cicones quod potum saxea reddit Ouid. lib. in *Metamorph.*
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.
Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus, *Tibull. lib. 4.*
Quáque Hebrus, Tanaísque Getas rigat, atque
Mosynos. Mosyni.

Ostrogothi, & Gotthunni.

Non tibi Riphæis hostis quærendus ab oris: *Claud in Eutrop. lib. 2.*
Non per Caucasias accito turbine valles
Est opus, Ostrogothis colitur, mistísque Gothunnis
Phryx ager: hos paruæ poterunt impellere causæ
In scelus, ad mores facilis natura reuerti.
Vulgus adest Scythicum, braccatáque turba Getarum. Ouid. *Trist. lib. 4.*

Tomitani, vel Tomitæ à Tomos oppido, & insula, dicti.

Hic quóque sunt igitur Graiæ (quis crederet?) vrbes *Idem Trist. lib. 3.*
Inter inhumanæ nomina Barbariæ?
Huc quoque Mileto missi venere coloni? Tomitani vnde oriundi.
Inq́; Getis Graias constituere domos?
Sed vetus huic nomen, positáque antiquius vrbe,
Constat ab Absyrti cæde fuisse loco.
Nam rate, quæ curâ pugnacis facta Mineruæ,
Per non tentatas prima cucurrit aquas:
Impia desertum fugiens Medea parentem
Dicitur hic remos applicuisse vadis:

Quem procul vt vidit, tumulo speculator ab alto:
Hospes ait, nosco Colchide vela, venit.
Dum trepidant Minyæ: dum soluitur aggere funis,
Dum sequitur celeres anchora tracta manus:
Conscia percussit meritorum pectora Colchis,
Ausa, atque ausura multa nefanda manu.
Et, quanquam super est ingens audacia menti:
Pallor in attonitæ virginis ore fuit.
Ergo vbi prospexit venientia vela: tenemur:
Et pater est aliqua fraude morandus, ait.
Dum quid agat quærit: dum versat in omnia vultus:
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius vt oblata est præsentia: vicimus, inquit:
Hic mihi morte sua causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quidquam tale timentis,
Innocuum rigido perforat ense latus:
Atque ita diuellit, diuulsáque membra per agros
Dissipat in multis inuenienda locis.
Neu pater ignoret: scopulo proponit in alto
Pallentésque manus, sanguineúmque caput:
Vt genitor luctúque nouo tardetur, & artus
Dum legit extinctos, triste retardet iter.
Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Idem Trist. lib. 1. *Nescio quo videam positos vt in orbe Tomitas:*
Exsilij facio per mea vota viam.

Idem Trist. lib. 4. *Cum maris Euxini positos ad læua Tomitas*
Quærere me læsi principis ira iubet.

Ouidius Tomis exulauit. *—nec tristis in ipsis*

Stat. Sylua. lib. 1. *Naso Tomis, diuésque foco lucente Tibullus,*

Ouid. de Ponto lib. 1. *Non vacat, in qua sint positi regione Tomitæ*
Quærere, finitimo vix loca nota Getæ.
Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iazyges acres,

Cultáq;

Cultáque Orestea Taurica terra Dea.
Quæq; aliæ gentes, vbi frigore constitit Ister,
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominum, nec te pulcherrima curat Tomitanorum audacia & arma.
Roma, nec Ausonij militis arma timet.
Dant illis animos arcus, plenaq; pharetræ,
Quamlibet & longis cursibus aptus equus.

Basternæ.

Hactenus Euxini pars est Romana sinistri: *Ouid. Trist. lib. 2.*
Proxima Basternæ, Sauromatæq; tenent.
Hæc est Ausonio sub iure nouissima: vixque
Hæsit in imperij margine terra tui.
Basternæ venere truces. *Claud. de 4. honorij consulatu.*

Reliquæ Scythiæ Europææ, eius, quæ Septentrionalis, & Mediterranea est, descriptio, cuius populi sunt Bisaltę, qui & Bulgari & Biglæ.

Virg. Georg. lib. 3.
Lucan. lib. 2.

Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus Daci equites celerrimi & fugaces.
Cum fugit in Rhodopen, atque in diserta Getarum.

Daci, qui & Transsyluani.

Seneca. Thyestes.
Claud. in Ruf. lib. 1.

Hinc Dacus premat, inde Getes: occurrat Iberis *Dionysius.*
Alter, ad Eoas hic vertat signa pharetras. *Virg. Georg. lib. 2.*
Et Daci Parthis equitem minati.
—mistis descendit Sarmata Dacis. Domitianus per legatos Dacos domuit.
Et Dacorum immensa tellus, & strenui Alani.
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro. *Stat. Syluar. lib. 3.*
Signa tulit cum prima truces amentia Dacos

Impulit, & magno gens est damnata triumpho.

Stat. syl. lib. 1. *Gloria depositam Dacis pereuntibus vrbem*
Pandere.

EVROPÆ RELIQVÆ DEscriptio, & primùm populorum ad Austrum accolarum Danubij.

Dionysius. Gerra. Noricum. Pannonij. Mysi. Thraces.

AD Austrum autem Gerræ, & Noricia vrbes munitæ:
Pannonij, Mysiq́, magis boreales Thracibus,
Ipsiq́ Thraces immensam terram habentes.

Pannonij, qui & Pæones olim, & iis vicini Mysi.

Claud. in Rufinum lib. 2. *Iam plaga Pannoniæ, miserandáque mœnia Thracum,*
Aruáque Mysorum: iam nulli flebile damnum,
Sed cursus solemnis erat, campúsque furori
Expositus, sensúmque malis detraxerat vsus.

Ouid. Trist. lib. 2. *Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda,*
Rhætica nunc præbent, Thraciáque arma metum:
Hunc quoque pérque nouem timuit Pamphilia messes:

Stat. sylua. lib. 1. Pannonij feroces. *Pannoniúsque ferox.*
Nunc furor incubuit, nec iuncto Sarmata velox
Pannonios, Dacisque Getes admistus: habenti

Lucan. lib. 3. *Tam pauidum tibi Roma ducem fortuna pepercit.*

Ausonius. *Imperiis grauidas aluo Pannonias.*

TRA-

THRACES, QVI ET BISTOnes dicti, & Odrisij, & Thracia Sithonia dicta.

Sithoniasque niues hyemis subeamus aquosæ. Virg. Eglog. 10.
Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates. Ouid. in Epistola Phyll. ad Demeph.
Sithonios, & Scythicos longum est narrare triumphos. Fast. lib. 3.
— tunc linquitur Æmus Lucan. lib. 3.
Thracius, & populum Pholoë mentita biformem.
Deseritur Strymon tepido committere Nilo Æmus môs.
Bistonias consuetus aues, & barbara Cene Strymon fl.
Sarmaticas vbi perdit aquas, sparsamq́; profundo Bistones. Cene insula
Multifidi Peucen vnum caput alluit Istri. Sarmatæ po Peuce insula
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos, Ister fl.
Hellespontiacas illa reliquit aquas. Ouid. Trist. lib. 1.
Altera namq́; parat Symphlegadas ire per altas:
Scindere Bistonias altera puppis aquas.
Denique si moriar, subeam pacatius aruum, Idem de Ponto lib. 1.
Ossa nec à Scythica nostra premantur humo.
Nec malè compositos, vt scilicet exule dignum est,
Bistonij cineres vngula pulset equi.
Néve sub hoc tractu vates foret vnicus Orpheus, Idem lib. 2.
Bistonis ingenio terra superba tuo est.
Ipsiq́; Thraces immensam terram habentes. Dionysius.
Hi quidem ad latera Propontici maris: Propontis.
Illi verò sup Hellespõtũ citifluũ, reliqui autẽ super ipsi Hellespôtus.
Ægæi profundam vndam multisoni maris. Ægæum mare.
Vbi apes educantis in montibus Pallenæ Pallena opp.
Nascitur asterius pulcher lapis, seu quendam stella Asterius lapis.
Splendens, & lychnis flammæ ignis omnino similis,
Istrum quidem fluuium tot populi circumaccolunt Ister.

Ouid. de Pon to lib. 4. *Cùm gelidam Thracem, & opertum nubibus Æmum,*
Et maris Ionij transieritis aquas.
Iámque grauis Thracem, & laua Propontidos intrat,
Fitque potens voti: Mársque creatus erat.

Montes Thraciæ: Rhodope, Ismarus, Æmus, Pangæum.

Rhodope, & Ismarus.

Claud. in Rufinum lib. 1. *Tendit aquas, sic ante tubas ferrúmque precatus.*
Mauors, nubifero seu tu procumbis in Æmo,
Seu te cana gelu Rhodope, seu remige Medo
Sollicitatus Athos, seu caligantia nigris
Ilicibus Pangæa tenent, accingere mecum,
Et Thracas defende tuos: si lætior adsit
Gloria, vestita spoliis donabere quercu.
Horat. carm. lib. 3. *— non secus in iugis*
Ex somnis stupet Euhyas,
Hebrum prospiciens, & niue candidam
Thracia niuosa. *Thracen, ac pede barbaro*
Lustratam Rhodopen.
Ouid. Fast. lib. 3. *Iámque erat ad Rhodopen, Pangæáq; flumina ventum.*
—dum quæ per Strymona pugnæ,
Stat. Thebaidos lib. 5. *Quis Rhodope, gelidóve labor sudatus in Æmo*
Enumerare vacat?
Idē syl. lib. 1. *—illi Pangæa resultant,*
Ismaráque, & quondam genialis littora Naxi.
Virg. eglog. 6. *Nec tantùm Rhodope, miratur & Ismarus Orphea.*
Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,
Idem Georg. lib. 3. *Cùm fugit in Rhodopen, atq; in diserta Getarum.*
Ouid. Metamorph. lib. 2. *Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimásque.*

Æmus.

Mimas mōs.
Idē met. li. 2. *Virgineúsque Helicon, & nondum Oeagrius Æmus.*

Cùm

Cùm gelidam Thracen, & opertum nubibus Æmum, Idem de P... to lib.4.
—Geticóque pecus ſtabulare ſub Æmo
Dignius. Stat. Theb. lib.1.

Pangæum.

—flerunt Rhodopeiæ arces, Virg. Geor. lib.4.
Altáque Pangæa, & Rhœſi Mauortia tellus.

Flumina Thraciæ nobiliora: Hebrus, Strimon.

Hebrus.

Rapidúſque campos fertiles Hebrus ſiccat. Thracia fertilis.
Aridas frondes hyemis ſodali Seneca in Thebaide.
Dedicet Hebro. Horat. Car. lib.1.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec Hebrus fluuius frigidissimus.
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus. Idem epiſt. lib.1.
Quáque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat, atque Moſynos. Tibull. lib.
Quos tamen impauidus contra ſpumantis ad Hebri Claud. in ... finum lib.
Tendit aquas.
Ibat arenoſo Satyris comitatus ab Hebro. Ouid. Faſt. lib.3.
Nec ſi frigoribus medijs Hebrúmque bibamus, Virg egl.
Scythoniáſque niues hyemis ſubeamus aquoſæ.
Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum, Idem Geo. lib.4.
Gurgite cùm medio portans Oeagrius Hebrus In Hebro periit Orpheus poeta.
Volueret, Eurydicem vox ipſa, & frigida lingua.
Sors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat. Ouid. Me... lib.2.

Strymon.

— nec tardo raptus prope flumina curſu Stat. de ... Domitian...
Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.
Nec patria eſt habitata tibi: ſed ad vſque niuoſum Ouid. Triſ. lib.5.
Strymona veniſti, Marticolámque Geten.

laud.de bel- o Getico. *Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Æmus*
Odrisiis, facili contemnunt strymonia saltu.

Constantinopolis seu Bizantium, Anchialos, Mesembria, Æneadum vrbs.

Bizantium seu Constantinopolis.

uid. Trist. b.1. *Quáque tenent ponti Byzantia littora fauces,*
Hic locus est gemini ianua vasta maris.

Ausonius de claris vrbibus. Constantinopolis cedit cæteri Romæ. Carthaginis & Constantinopolis cõparatio. *Prima vrbes inter diuûm domus aurea Roma.*
Constantinopoli assurgit Carthago priori,
Non toto cessura gradu: quia tertia dici
Fastidit, non ausa locum sperare secundum,
Qui fuit ambarum. Vetus hanc opulentia præfert,
Hanc fortuna recens. Fuit hæc, subit ista: nouísque
Excellens meritis, veterem perstringit honorem:
Et Constantino concedere cogit Elissam.

laud. in Rufinum lib.2. *Vrbs etiam magnæ, quæ dicitur æmula Romæ,*
Et Chalcedonicas contra despectat arenas.

Dionysius. Byzantiũ constructum ex aduerso Chalcedonis. *Chalcidenses quidem primùm prope ostiũ terram tenẽt,*
Solum in transuersum Byzantium spectantes.

Mesembria, & Anchialos.

uid. Trist. b.1. *Thymniacósque sinus: & ab his per Apollinis vrbem*
Alta sub Anchiali mœnia findat iter:
dessus opp. *Inde Mesembriacos portus, & Odesson, & arces*
Prætereat dictas nomine Bacche tuo.

Æneis vrbs.

Virgil. Aeneid. lib.3. Lycurgus Thracum rex ...tus. *Terra procul vastis colitur Mauortia campis,*
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo:
Hospitium antiquum Troiæ, sociique penates

Dum

Dum fortuna fuit. feror huc, & litore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis,
Æneadásque meo nomen de nomine fingo.

MACEDONES THRACIBVS sunt vicini ad Austrum.

Macedonia, quæ & Æmathia dicta est, generalis descriptio.

Tristior Æmonijs miles digressus ab oris, Aemonia.
Tangebat Macedûm fines, muróſque subibat Claud. in R
Thessalonica tuos. finum lib.2
—Macedoniaq; vrbes
Post has autem apparent vertices niuosi Æmi Dionysius.
Thracij, huius è regione ad flatum Zephyri, Æmus.
Dodona regio immensa extenta est.
Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Æmus. Lucan. lib.
Romanas acies iterum videre Philippi: Philippi c
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro Virg. Geo
Æmathiam, & latos Æmi pinguescere campos. lib.3. Æmathia.

Amyrus fluuius Magnesiæ regionis prope Macedoniam.

—attollit tondentes pabula Magnes
Campus equos: vidisse putant Dolopeia busta, Valer. lib.
Intrantémque Amyron curuas quæsita per oras Argonaut
Æquora. flumineo cuius redeuntia vento
Vela legant.

Olympus mons Macedoniæ, cui Pelion, & Ossa montes Thessaliæ, sunt vicini.

Claud. de bello Getico. *Nubibus intactum Macedo miratur Olympum.*

Stat. Syluarū lib. 3. *Audax ingenij, nec enim temeraria virtus*
Illa magis summa gelidum quæ Pelion Ossæ
Iunxit, anhelantémque iugis bis pressit olympum.

Ouid. Meta. lib. 1. *Tum pater omnipotens misso perfregit olympum*
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossæ.

Virg. Georg. lib. 1. *Coeúmque, Iapetúmque creat, sæuúmque Typhœa,*
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.

Gigantes pugnarunt aduersus deos. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,*
Scilicet atque Ossæ frundosum inuoluere Olympum:
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.

Horat. carm. lib. 3. *Magnum illa terrorem intulerat Ioui*
Fidens, iuuentus horrida brachijs,
Fratrésque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

Proper. lib. 2. *Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo*
Impositum, vt cæli Pelion esset iter.

Paling. de stella Virg. *Fama Gigantæos quum sensit Phlegra tumultus,*
Enceladum memorat, summi iuga maxima Olympi
Imposuisse Ossæ, premeret cùm Pelion Ossa.

Stat. Theba. lib. 3. *In terras cadit ira Iouis, si quando niualem*
Othryn, & Arctoa gelidum caput instituit Ossa.

Ab Olympo monte Cœlū Olympus dictum. Ouid. Fast. lib. 3. *Sextus vbi è terra cliuosum scandet Olympum*
Phœbus, & alatis æthera carpet equis.

Vrbes.

Pella.

Claudian. de consulatu Panegyris. *Inde tibi Macedûm tellus, & condita Pellæ*
Mœnia, quæ famulus quondam ditauit Hydaspes.

Vnus

Unus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Iuuenalis.

Philippi.

Vestris amicum fontibus, & choris, Hor. Carminum lib. 3.
Non me Philippis versa acies retro.

THESSALIÆ, QVÆ ET Æmonia dicta, & Æmathia quæque Macedoniæ vicina est, generalis descriptio.

Thessalia verò post hos, Macedoniaque vrbes. Dionysius.
Post has autem apparent vertices niuosi Æmi.
—sic fatus, in ortus Lucan. lib. 6.
Phœbeos conuertit iter, terraq; secutus
Deuia, quà vastos aperit Candauia saltus, Candauia.
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant. Emathia.
Thessaliam qua parte diem brumalibus horis
Adtollit Titan, rupes Ossea coercet. Ossa mons.
Cùm per summa poli Phœbum trahit altior æstas,
Pelion opponit radiis nascentibus vmbras.
At medios ignes cœli, rabidique leonis
Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys. Otrys mons.
Excipit aduersos Zephyros, & Iapyga Pindus, Pindus mõs.
Et maturato præcedit vespere lucem.
Hos inter montes media qui valle premuntur
Perpetuis quondam latuêre paludibus agri,
Flumina dum campi retinent, nec peruia Tempe Tempe.
Dant aditus pelago, stagnúmque implentibus vnum
Crescere cursus erat. postquam discessit Olympo Thessalia olim tota aquis immersa.
Herculea grauis Ossa manu, subitaq; ruinam

Sensit aqua Nereus: melius mansura sub vndis
Pharsalus. *Æmathis æquorei regnum Pharsalos Achillis*
Eminet, & primâ Rhœteia littora pinu
Oppida Phylace. Pteleos. Dorion. *Quæ tetigit Phylace, Pteleósque, & Dorion ira*
Flebile Pieridum, Trachin pretióque nefandæ
Melibœa. *Lampados Herculeis fortis Melibœa Pharetris:*
Trachin mons. *Atque olim Larissa potens, vbi nobile quondam*
Larissa opp. Argos. *Nunc super Argos arant: veteres vbi fabula Thebas*
Thebæ opp. *Monstrat Echionias: vbi quondam Pentheos exsul,*
Colla, capútque ferens supremo tradidit igni,
Questa quòd hoc solum nato rapuisset Agaue.
Ergo abrupta palus multos discessit in amnes.
Æas fl. *Purus in occasus parui sed gurgitis, Æas*
Inachus fl. *Ionio fluit inde mari, nec fortior vndis*
Oeneus fl. *Labitur auecta pater Isidis: & tuus, Oeneu*
Pæne gener crassis oblimat Echinadas vndis:
Et Meleagream maculatus sanguine Nessi
Euenus fl. *Euenos Calydona secat: ferit amne citato*
Calydon op. Sperchios fl. *Maliacas Sperchios aquas, & flumine puro*
Amphrysos fluuius. *Irrigat Amphrysos famulantis pascua Phœbi:*
Quíque nec humentes nebulas, nec rore madentem
Anauros fl. *Aëra, nèc tenues ventos suspirat Anauros.*
Et quisquis pelago per se non cognitus amnis
Pæneo donauit aquas, & gurgite rapto
Apidanus fl. *Apidanus: nunquámque celer, nisi mistus, Enipeus.*
Enipeus fl. Asopos fl. *Accipit Asopos cursus, Phœnixq́; Melásque,*
Phœnix fl. *Soluet in alterius nomen cùm venerit vnda,*
Melas fl. Titaresus fl. *Defendit Titaresus aquas, lapsusq́; supernè*
Pæneus fl. *Gurgite Pænei pro siccis vtitur aruis.*
Styx fl. *Hunc fama est Stygijs manare paludibus amnem,*
Et capitis memorem fluuij contagia vilis
Nolle pati, superûmque sibi seruare timorem.
Vt primùm emissis patuerunt amnibus arua,

Pinguis

Pinguis Babicio discessit vomere sulcus:
Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum. Leleges pop.
Æolidæ, Dolopésque solum fregere coloni, Dolopes po.
Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis. Minyæ pop.
Illic semiferos Ixionidas Centauros Centauri.
Fœta Pelethroniis nubes effudit in antris: Pelethronii populi.
Aspera te Pholoes frangentem Moniche saxa, Pholoe mõs.
Téque sub Ætneo torquentem vertice vulsas
Rhoete ferox, quas vix Boreas inuerteret, ornos:
Hospes & Alcidæ magni Phole: téque per amnem
Improbe Lernæas victor passure sagittas:
Téque senex Chiron gelido qui sidere fulgens
Impetis Æmonio maiorem Scorpion arcu.
Hac tellure feri micuerunt semina Martis. Prima inuenta Thessalorum.
Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen
Exiluit: primus Chalyben, frenósque momordit,
Spumauítque nouis Lapithæ domitoris habenis. Lapithæ po.
Prima fretum scindens Pegasæo littore pinus, Pegasus nauis.
Terrenum ignotas hominem proiecit in vndas.
Primus Thessalicæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percussit pondera massæ,
Fudit & argentum flammis, aurúmque moneta
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.
Illic (quòd populos scelerata impegit in arma)
Diuitias numerare datum est. hinc maxima serpens
Descendit Python, Cyrrhæáque fluxit in antra: Cyrrha mõs.
Vnde & Thessalicæ veniunt ad Pythia laurus.
Impius hinc prolem superis immisit Aloeus,
Inseruit celsis prope se cùm Pelion astris,
Sideribúsque vias incumbens abstulit Ossa.
Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, Tibull. lib. 2.
Quicquid & herbarum Thessala terra gerit. Thessalia veneni ferax.

Luc.lib.3. *Et Penei qui rura colunt, quorúmque labore*
Iolcos opp. *Thessalus Aemoniam vomer proscindit Iolcon.*
Inde lacessitum primò mare, cùm rudis Argo
Miscuit ignotas temerato littore gentes,
Primáque cùm ventis, pelagíque furentibus vndis
Composuit mortale genus, fatísque per illam
Accessit mors vna ratem.

Claud.in Rufinum lib.2. *Thessalus ardet ager: reticet pastore fugato*
Pelion.

Opuns opp. Ouid.de Ponto lib.1. *Cede puer facta Patroclus Opunta reliquit,*
Thessalicámque adijt hospes Achillis humum.
Exul ab Aemonia Pirenida cessit ad vndam,
Quo duce trabs Colchâ sacra cucurrit aqua.

Idem de Ponto lib.1. *Iunctior Aemonia est Ponto, quàm Roma sit Istro.*

Horat. *Remis adurgens: accipiter velut*
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis niualis
Aemoniae.

Claudianus de raptu Proserpinae lib. 2. Paeneus fl. *Sic, cùm Thessaliam scopulis inclusa teneret*
Paeneo stagnante palus, & mersa negaret
Arua coli, trifida Neptunus cuspide montes
Impulit aduersos: tum forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossaeus Olympo.
Carceribus laxantur aquae, fractóque meatu,
Redduntur fluuiíque mari, tellúsque colonis.

Seneca Troas. *Quae vocat sedes habitanda captas?*
Tēpe vallis. *Thessali montes, & Opaca Tempe?*
An viros tellus dare militares
Phthie opp. *Aptior Phthie? meliórque foetu*
Thracinmōs. *Fortis armenti lapidosa Thrachin?*
Iolcos opp. *An maris vasti domitrix Iolchos?*
Methone op *An frequens ruscis leuibus Methone,*
Quae sub Oetais latebrosa syluis

Misit

Misit infestos Troiæ ruinis
Non semel arcus?

Aliquot populi Thessaliæ.

Leleges.

Hîc Lelegas, Carásque, sagittiferósque Gelonos
Fixerat. Virgil. lib. 8. Aeneidos.
Intereà Minos Lelegeïa litora vastat. Ouid. Meta. lib. 8.

Lapithæ.

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidísque rotis insistere victor. Virg. Georg. lib. 3.
Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrósque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Lapitharum pugna descripta est lib. 12. Metamorphoseωn.

Thessaliæ flumina.

Est nemus Aemoniæ prærupta quod vndiq; claudit Ouid. Met. lib. 1.
Sylua, vocant Tempe, per quæ Penæus ab imo Tēpe vallis.
Effusus Pindo spumosis voluitur vndis, Penæus fl.
Deiectúque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, summísque aspergine syluis
Influit, & sonitu plus quàm vicina fatigat.
Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni
Amnis: in his residens, facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, Nymphísque colentibus vndas.
Conueniunt illuc popularia flumina primùm,
Nescia gratentur, consolentúrque parentem: Fluuij Thess.
Populifer Sperchеus, & irrequietus Enipeus, Sperchеus. Enipeus.
Apidanúsque senex, lenísque Amphrysus, & Aeas: Apidanus. Amphrysus. Æas.
Móxque amnes alij, qui quà tulit impetus illos,

In mare deducunt fessas erroribus vndas.
Inachus. *Inachus vnus abest, imóque reconditus antro*
Fletibus auget aquas, natámque miserrimus Iò
Luget, vt amissam: nescit vitáne fruatur.
Ouid.lib.2. *Æstuat Alphæus: ripæ Sperchiades ardent.*
Idem.lib.7. *Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,*
Multa quoque Amphrysi: nec eras immunis Enipeu.
Necnon Penæus, necnon Sperchiades vndæ
Bœbe opp. *Contribuere aliquid, iuncosáque littora Bœbes,*
Virg.Georg. lib.2. *Spercheúsque, & virginibus bacchata Lacænis*
Taygeta mõs Arcad. *Taygeta: ô, qui me gelidis in vallibus Æmi*
Sistat.
Stat.Theba. lib.7. Melas fl. *Palladiúsque Melas, hecatæq; gurgite nutrit*
Gargaphye.
Luca.lib.8. *Littora contigerat, per quæ Penius amnis*
Emathia iam clade rubens exibat in æquor.

Montes Thessaliæ præter Ossam & Pelion, qui tribuuntur ab aliis Macedoniæ, sunt
Pindus, Pholoe, Thrachin,
Oeta, Othrys.

Tempe. Ouid.Meta. lib.7. *Sublimis rapitur, subiectáque Thessala Tempe*
Despicit, & visis regionibus applicat angues.
Montes Ossa. *Et quas Ossa tulit, quásque altus Pelion herbas,*
Pelion. *Otryxq;, & Pindus, & Pindo maior Olympus,*
Othrys. *Perspicit, & placitas partim radice reuellit,*
Pindus. Olympus. *Partim succidit curuamine falcis ahenæ.*

Pindus.

Virg.egl.10. Horat.carm. *Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi.*
lib.1. *Aut super Pindo, gelidóve in Æmo.*
Senecæ Hippolyto. *Non me per altas ire, si iubeas, niues*

Pigeat,

Pigeat, gelatus ingredi Pindi iugis.

Pholoe.

Illum non aliàs rediturum ad Thessala Tempe — Stat. Achil-leid. lib. 1.
Iam tristis Pholoe, iam nubilus ingemit Otrys,
Et tenuis Sperchios aquis, speluncáque docti
Muta senis.

Oeta.

Herculeum Paeana canunt, vastatáque monstris — Stat. Theba. lib. 4.
Omnia frondosa longum deus audit ab Oeta.
Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam. — Virg. eglo. 8.
Non sic Æmonio Salmonida mistus Enipeo — Proper. lib. 1.
Tenarius facili pressit amore Deus.
Nec sic caelestem flagrans amor Herculis Heben
Sensit in Oetaeis gaudia prima iugis.

Othrys mons.

In terras cadit ira Iouis, si quando niualem — Stat. Thebaï. lib. 3.
Othryn, & Arctoa gelidum caput institit Ossa,
Armauítque in nube manum. volat ignea moles
Saeua Dei mandata ferens.
Parnassúsque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys. — Ouid. Meta. lib. 2.

Tempe, Vallis in Thessalia amœnissimæ, descriptio.

Est nemus Æmoniae, praerupta quod vndique cingit — Idem lib. 1.
Sylua, vocant Tempe, per quae Penaeus ab imo
Effusus Pindo spumosis voluitur vndis,
Deiectúque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, summísque aspergine syluis
Influit, & sonitu plus quàm vicina fatigat.
Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytelenen, — Horat. lib. 1. Carminum.

Ephesus. *Aut Ephesum, bimarisve Corinthi*
Corinthus. Thebæ. *Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos*
Delphos. *Insignes, aut Thessala Tempe.*
Palin. Leone. *Est locus Aetherei prærupto in vertice montis,*
Delicijs plenus, quo non felicior alter
Creditur esse vsquam, cui cedunt Thessala Tempe,
Elysiique lares, & fortunata vireta.

Oppida Thessaliæ.

Phthia.

Senecæ Troas. *An viros tellus dare militares*
Aptior Phthie?

Phyllos.

Stat. Theb. lib. 4. *Huic armat Larissa viros, huic celsa prosymne*
Midea opp. *Aptior armentis Midea, pecorosáque Phyllos.*

Larissa.

Luc. lib. 6. *Atque olim Larissa potens*
Idem lib. 7. *Testis prima tuæ vidit Larissa ruinæ.*

Iolchos.

Senecæ Troas. *An maris vasti domitrix Iolchos?*

GRÆCIA THESSALIAM sequitur, quæ Peloponnesum etiam continet.

Græciæ veteris, & Peloponnesi generalis & promiscua descriptio.

Claud. in Rufinum lib. 2.
Chironis præceptoris Achillis. *Imples Thessaliam ferri nitor, antráque docti*
Cornipedis, teneróque amnis reptatus Achilli,

Et

Et nemus Oetæum resonat clamore: niualis
Ossa tonat, pulsóque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus, & lucis prodigus arsit
Impetus. haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina: præcipiti strauissent omnia cursu,
Si tunc his animis acies collata fuisset,
Prodita non tantas vidisset Græcia Clades:
Oppida, semoto, Pelopeia, Marte, vigerent: Pelopõnesus.
Starent Arcadiæ, starent Lacedæmonis arces: Arcadia. Lacedæmon.
Non mare fumasset geminum flagrante Corintho, Corinthus.
Nec fera Cecropeiæ traxissent vincula matres. Athenæ.
Cæterùm ad Austrum, longè supra Thraciam feracem, *Dionysius.*
Oriciniámque super terram, situm est Græciæ initium,
Multum ascendens, duplici cinctum mari,
Ægæo, Siculóque: ventum autem sortitum est vtrunq;, Ægæum mare.
Occiduum, Siculum, quem Zephyrum appellant: Siculũ mare.
Ægæum verò, Eurũ. Pelopis autem insula cõsequitur; Peloponnesus.
Similis platani muris caudam imitanti folio,
Summitati enim similis est cõstrictus angustus Isthmus, Isthmus.
Ad boream, atque cõmune in Græciã vestigiũ figens:
Folio verò continens circumflexuoso in ambitu,
Sinibus marinis circumdata hinc inde.
Cuius quidem ad Zephyrum Triphyllidis sedes terræ, Achaia.
Vbi amœnissimus fluuiorum Alpheus iter facit, Alpheus fl.
Diuisus fluentis à Mesenio Eurota: Eurotas fl.
Qui ambo ab Asea emittunt fluenta: Asea mons.
Atq; hic quidẽ Eleorum, atq; Amyclæorũ terrã secat. Elei pop. Amyclæi po. Lacedæmonij.
In media autem insula, cauam terram inhabitant
Arcades Apidanenses sub celso iugo Erymanthi, Arcades pop. Erymanthus mons.
Vbi Melas, vbi Crathis, vbi fluit liquidus Iaon, Melas fl.
Vbi etiam priscus porrigitur aquis Ladon. Crathis fl.
Propè verò Argiuorum arua est terra Laconum: Iaon, Ladõ fl.
Hæc quidem in Orientem, illa verò in Austrũ spectans. Argiui pop. Lacones po.

Isthmus. *Duo autem Isthmium dorsum circumfremunt maria,*
Ephyra seu Corinthus oppidum. *Vnum contra Ephyren versus occasum : alterũ ad ortũ*
Extenditur, quod quidem & Saronicum vocant.
Saronicum mare. *Infra autem Isthmum ad orientem Attica tellus est,*
Attica regio. *Per quam diuini fertur fluxus Ilißi:*
Ilissus fl. *Unde etiam Boreas quondam rapuit Orithyam.*
Bœoti. *Post hunc, Bœotorúmque solum, & Locris tellus.*
Locrenses. Thessalia. *Thessalia verò post hos, Macedoniaq́; vrbes.*
Macedonia. *Post has autem apparent vertices niuosi Æmi*
Æmus. *Thracij: huius è regione, ad flatum Zephyri,*
Dodona regio, seu Epirus. *Dodonæ regio immensa extenta est.*
Hanc autem super, in austrum vergit, sub speculam A-
Aracynthus mons. *racynthi,*
Ætoli pop. *Hominum Ætolorũ planities magna: quã per mediã*
Achelous fl. *Labitur tractum agens Achelous argenteos vortices*
habens,
Trinacriæ in mare se euoluens per medias
Echinades insulæ. *Insulas, quas vocant Echinadas: quas vicinorum*
Cephallene insula. *Sequuntur alibi alia Cephallenûm oppida.*
Phocis regio. *Post hunc autem Phocæa tellus ad ortum, & auroram,*
Quæ porrigitur boreã versus ad fauces Thermopylarũ,
Thermopylę valles. *Parnaßi niuosi sub cliuo, quam per mediam*
Parnassus mons. *Cephißi vastum fluentum descendens resonat.*
Cephisus fl. *Apud quẽ Pythonis nidorosum est solum, vbi draconis*
Python serpens. *Delphij tripodibus Dei adiacet spira,*
Delphos op. *Spira infinitis inhorrescens squamis,*
Templo in amabili: vbi sæpe ipse Apollo,
Aut è Mileto, aut è Claro quum recens aduenit,
Subsistens aureæ soluit vinculum pharetræ.
Sil. lib. 15. *Quáque per Illyricum Taulantius incola littus*
Exiguos habitat non vllo nomine muros,
Turbidus inceßit telis, ille æquore vectus
Phæaces. *Nunc & Phæacum, Tesprotiáque arua laceßens.*

Epirum

Epirum classis lustrabat futilis ausis.
Hinc & Anactoria signa ostentauit in ora.
Ambraciósque sinus, Pellaáque littora bello
Perfundit rapido. pepulit vada feruida remis
Leucatæ, & Phœbi vidit citus Actia templa.
Nec portus Ithacæ Laertia regna, Saménque
Liquit inaccessam, fluctúque sonantia cano
Saxa Cephalenûm, & scopulosis Neriton aruis.
Ille etiam Pelopis sedes, & Achaia adire
Mœnia gauisus, tristem Calydona Dianæ,
Oeneásque domos, Curetica tecta subibat,
Promittens contra Hesperiam sua prælia Graijs.
Tum lustrata Ephyre, Patræq́ue, & regia Pleuron,
Parnassúsque biceps, Phœbóque loquentia saxa.
Huic armat Larissa viros, huic celsa Prosymne,
Aptior armentis Midea, pecorosáque Phillos,
Quæq́ue pauet longa spumantem valle Charadron
Neris, & ingenti turrite mole Cleone.
Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.
Iunguntur memores transmissi ab origine reges
Qui Dreuani scopulos, & oliuiferæ Sicyonis
Culta ferunt, quos pigra vado Langia tacenti
Lambit, & amfractu riparum incuruus Helissos:
Sæuus honos fluuio, stygias lustrare feueris
Eumenidas perhibetur aquis: huic mergere sueta,
Ora, & anhelantes tuto phlegetonte Cerastas.
Seu Thracum vertêre domos, seu tecta Mycenis
Impia, Cadmeúmque larem: fugit ipse natantes
Amnis, & innumeris liuescunt stagna venenis.
It comes Inoas Ephyre solata querelas,
Cenchreæq́ue manus. Vatum quà conscius amnis
Gorgoneo percussus equo: quáque obiacet alto
Isthmos, & à terris maria inclinata repellit,

Epirus.
Pella opp.
Ambracia oppidum.
Leucate pro-montoriu
Actium pro-montoriu
Ithaca inſ
Samos inſ
Neritos in-la.
Cephalene infula.
Achaia re-gio.
Calydon c
Curetes.
Stat. Theb lib. I.
Oppida
Ephyra.
Patræ.
Pleuros.
Lariſſa.
Proſymne.
Midea.
Phyllos.
Neris.
Charadros fluuius.
Cleone op
Thyre opp
Dreuanus.
Sicyon op
Langia fl.
Heliſſus fl.
Mycene op
Ephyre ſeu Corinthus opp.
Cenchra o
Aganippe fons.

Hæc manus Adrastum numero ter mille secuti
Exultant, pars gesa manus, pars robora flammis
Indurata diu: non vnus nanque maniplis
Mos, neq; sanguis inest: teretes pars vertere fundas
Assueti, vacuóque diem præcingere gyro.
Paulò pòst. *Maior at inde nouis it Doricus ordo sub armis,*
Dores Græci.
Lincæus fl. *Qui ripas Lincææ tuas, tua littora multo*
Vomere suspendent fluuiorum ductor Achiuum
Inachus fl. *Inache. Persæa neque enim violentior exit*
Amnis humo: cùm Taurum, aut Pliadas hausit aquosas
Spumeus, & genero tumuit Ioue, quos celer ambit
Asterion fl. Erasinus fl. *Asterion, Dryopúmque trahens Erasinus aristas.*
Epidaurus oppidum. *Et qui rura domant Epidauria: dexter Iaccho*
Collis, at Aetnææ Cereri, negat auia Dyme.
Dyme opp. Pylos opp. *Mittit opes, densásque Pylos Neleia turmas,*
Nondum nota Pylos, iuuenísque ætate secunda
Nestor, at ire tamen peritura in castra negauit.
Et paulò pòst. *Huic parere dati quos fertilis Amphigenia,*
Amphigenia opp. *Planáque Messena, montanáque nutrit Ithone,*
Messana op. *Quos Thrion, & summis ingestum montibus Aepy.*
Thrion opp. Ithone opp. *Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati*
Æpy opp. *Dorion: hic fretus doctas anteire canendo*
Helos opp. Pteleon opp. *Aonias, multos Thamyris damnatus in annos*
Dorion opp. *Ore simul, Citharáq; (quis obuia numina temnat?)*
Conticuit præceps, quis non certamina Phœbi
Celæne opp. *Nosset? & illustres satyro pendente Celænas.*
Iamq; & fatidici mens expugnata fatiscit
Amycle opp. *Auguris.*
Pylos opp. Maléa promontorium. *Huius Apollineæ currum comitantur Amyclæ,*
Quos Pylos, & dubiis Maléa vitata carinis,
Pharis opp. Messe opp. *Plaudentíque habiles Cariæ resonare Dianæ.*
Taygetus mons. *Quos Pharis, volucrúmque parens Cythereia Messe,*
Eurotas fl. *Taygetique Phalanx, & oliuiferi Eurotæ*

Dura

Dura manus: Deus ipso viros in puluere crudo
Arcas alit, nudaq; modo virtutis, & iras
Ingenerat: vigor inde animis, & mortis honoræ — Spartanor mores.
Dulce sacrum, gaudent natorum in fata parentes,
Hortantúrque mori, deflet iámque omnis ephebum
Turba, coronato contenta est funere mater.
Fræna tenent, dupléxque inserto missile nodo
Exerti ingentes humeros: chlamys horrida pendet, — Armatura
Et cono ledæus apex: non hi tibi solum
Amphiaraë merent: auget resupina maniplos
Elis, depressæ populus subit incola Pisæ. — Elis oppid Pisa oppid
Qui te flaue natant terris Alphæe Sicanis — Alphæus fl
Aduena tam longo non vnquam infecte profundo.
Curribus innumeris latè patria arua lacessunt,
Et bellis armenta domant, ea gloria genti
Infando de more, & fractis durat ab vsque
Axibus Oenomai: strident spumantia morsu
Vincula, & effossas niueus rigat imber arenas.
Olenos tectis habitata raris, — *Seneca Troas.*
Virginis Pleuros inimica diuæ. — Oppida
An maris lati sinuosa Trœzen? — Olenos. Pleuros.
Pelion, regnum Protei superbum, — Trœzen.
Tertius cœlò gradus? Hîc recumbens — Pelion mõs.
Montis exesi spatiosus antro
Iam trucis Chiron pueri magister, — Chiron magister Achillis in monte Pelio habitauit.
Tinnulas plectro feriente Chordas,
Tunc quoque ingentes acuebat iras
Bella canendo.
An ferax rari lapidis Carystos? — Carystos op
An premens littus maris inquieti
Semper Euripo properante Chalcis? — Chalcis op,
Quolibet vento faciles Echidnæ? — Echidnæ in
Attica pendens Peparethos ora?

Eleusis opp. *An sacris gaudens tacitus Eleusis?*
Salamis inſ. *Nunquid Aiacis Salamina veri,*
Calydon op. *An fira notam Calidona ſæua?*
Quáſve perfundit ſubiturus æquor,
Titareſos fl. *Segnibus terras Titareſos vndis?*
Beſſa oppid. Scarphe opp. *Beſſan, & Scarphen? Philon an ſenilem?*
Pylos oppid. *Pharin? an Piſam Iouis, & coronis*
Elis oppid. *Elida claram?*
Quolibet triſtis miſeras procella
Mittat, & donet cuicúnque terræ:
Dum lucem tantùm Troiæ, atque Achiuis
Sparta opp. *Quæ tulit Sparte, procul abſit, abſit*
Argos opp. *Argos, & ſæui Pelopis Mycenæ,*
Mycenæ op. Neritos inſ. *Neritos parua breuior Zacyntho,*
Zacynthus inſula. *Et nocens ſaxis Ithace doloſis.*
Lucan. lib. 3. *Proxima vicino vires dat Græcia bello.*
Ithaca inſ. *Phocaicas Amphiſa manus, ſcopuloſáque Cyrrha,*
Amphiſa fl. Cyrrha mõs. *Parnaſſúſque iugo miſit deſertus vtróque.*
Parnaſſus mons. *Bœoti coiere duces, quos impiger ambit*
Fatidica Cephiſos aqua, Cadmæáque Dirce.
Bœoti pop. Cephiſus fl. *Piſæq; manus, populiſque per æquora mittens*
Dirce fl. Piſa oppid. *Sicaniis Alphæus aquas. tunc Mænala liquit*
Alphæus fl. Mænala mons. *Arcas, & Herculeam miles Thrachinius Oeten.*
Arcades pop. *Theſproti, Dryopéſque ruunt, quercúſque ſilentes*
Oete mons. *Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ.*
Theſproti populi. *Exhauſit totas quamuis delectus Athenas,*
Sellæ oppid. *Exigua Phœbea tenent naualia puppes,*
Athenæ op. Cenchroæ populi. *Tréſque petunt veram credi Salamina carinæ.*
Iam dilecta Ioui centenis venit in arma
Salamis inſ. Creta inſ. *Creta vetus populis, Cnoſſáſque agitare pharetras*
Cnoſſos inſ.
Cortyna op. *Docta: nec Eois peior Gortyna ſagittis.*

Tunc

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus altis — Oricos opp

Dispersus syluis Athamas, & nomine prisco — Athamas o

Enchelia versi testantes funera Cadmi. — Enchelæ oppidum.

Colchis, & Hadriacas spumans Absyrtos in vndas. — Colchis. A' syrtus. Pi dus.

—non obiice Pindi — Claud. de be

Seruati Dryopes: nec nubifer Actia texit — lo Getico.

Littora Leucates: Ipsæ, quæ durius olim — Dryopes. Actium. Le

Restiterant Medis, primo conamine ruptæ — cate. The

Thermopylæ: vallata mari Scironia rupes, — mopylæ.

Et duo continuo connectens æquora muro — Sciron pr montor.

Istmos, & angusti patuerunt templa Lycæi. — Isthmos.

Nec tibi Parrhasios licuit munire colonos — Parrhasia quæ & Arc

Frondosis Erimanthe iugis, equitatáque summi — dia. Erymanth

Culmina Taigeti trepidæ vidistis Amyclæ. — mons. Taygetus mons.

Bœotiis quidem Penelaus & Leitius imperabant, — Home. Ilia

Arcesilaúsque, Prothoenórque, Cloniúsque, — a.

Quique Hyriem habitabant, & Aulidem Petrosam, — Amyclæ o

Schœnúmque, Scolúmque, iugosámque Eteonum, — Bœotiæ op Hyris oppi

Thespiam, Greámque, & latum locum habentem Mycalessum: — Aulis oppi Schœnus.

Quique circum Harma habitabant, & Ilesium, & Erythras: — Scolus. Th spia. Græa. Mycalessus Ilesius.

Quique Eleona tenebant, & Hylem, & Peteona, — Erythra.

Ocaleam, Medeonáque bene ædificatam vrbem, — Medeon,

Copas, Eutresinq́; multas columbas habentémque Thisben: — Thisbe.

Quique Coroneam, & herbosam Haliartum, — Coronea.

Quiq́; Plateam possidebant, & qui Glissam habitabãt: — Haliartus. Platea.

Quique Hypothebas habitabant bene ædificatam vrbem, — Glissa. Hypotheba.

ncheſtum. *Oncheſtúmque, ſacrum Neptunium clarum nemus:*
ne Midia. *Quique vitiferā Arnem habitabant, quíque Midiam,*
iſſa Anthe-n. *Niſſámque diuinam, Anthedonáque vltimam:*
chomenus. *Qui verò Aſpledona habitabant, & Orchomenum Minyeum,*
His imperabat Aſcalaphus, & Ialmenus, filij Martis.
ocenſes & rū oppid. *Sed Phocenſibus Schedius, & Epiſtrophus imperabant,*
yparifſus. *Qui Cypariſſum habitabant, Pythonáque petroſam,*
thon. riſſa. Dau- *Criſſámque diuinan, & Daulida, & Panopea,*
.Panopæa. nemoria. *Quíque Anemoriam, & Hyampolyn circumhabitabant:*
ephiſus fl. *Quiq; apud fluuium Cephiſſum diuinum habitabant:*
lęa. *Quiq; Lileam habirabant ſonte in Cephiſſo.*
cri & eo-m oppid. *Locrenſibus autem dux erat Oileus velox Aiax,*
Oppida *Qui lancea ornabat omnes Græcos, & Achiuos.*
ynus. Op-as. Callia-is. *Qui Cynúmque habitabant, Opoentáque, Calliarúmque,*
ſſa. Scar- *Beſſamq;, Scarphémque, & Augias amabiles:*
e. Tarphe. pagrius fl. *Tarphénque, & Throniúmque Boagrij circum fluenta:*
Hunc ſimul quadraginta nigræ naues ſequebantur
ubœa inſ. *Locrorum, qui habitabant è regione ſacram Eubœam.*
thenæ. *Qui autem Athenas habitabant bene ædificatam vrbem,*
His præerat filius Petei Meneſtheus.
rgiui pop. gos. Tyrinthis. *Qui Argóſque habitabant, Tirynthá que bene muratam,*
ione. *Hermionem, Aſinémque profundum ſinum habentes:*
rœzen. E-pidaurus. *Trœzenámque, Eionáſque, & vitibus conſitam Epidaurum,*
gina. *Quíque habitabant Æginam, Maſetámque iuuenes*
chaia. *Achiuorum,*

His

His præerat bello strenuus Diomedes.
Qui autem Mycenas incolebant celebrem vrbem,
Opulentámque Corinthum, bene habitatásque Cleonas, Corinthus. Cleonæ.
Orniásque habitabant, Aræthyreamq́; amabilem,
Et Syciona, vbi Adrastus primùm regnauit: Sicyon.
Quique Hyperesiamq́;, & excelsam Gonoessam, Hyperesia. Gonoessa.
Pellenámque habitabant, & Ægium incolebant, Pellene.
Et omnem oram illam maritimam, & circa Helicen spatiosam, Helice.
Horum centum nauibus imperabat rex Agamemnon.
Quique incolebant cõcauam Lacedæmona immensam, Lacedæmonij.
Pharémque, Spartámque, abundantémque columbis Messenem: Sparta. Phara. Messene.
Brysiasq́; habitabant, & Augias amabiles: Brysiæ. Augiæ.
Quique Amyclas tenebant, Helósque maritimum oppidum: Amyclæ. Helos.
Quiq́; Laam habitabant, & Oetylon incolebant: Laa. Oetilos.
His ipsius frater præerat Menelaus.
Quique Pylúmque habitabant, & Arenen amabilem, Pylui. Arene.
Et Thryon Alphæi vadum, & bene ædificatum Æpy: Thrion. Æpy.
Et Cyparisseentem, & Amphigeniam habitabant, Cyparissus.
Et Pteleon, & Helos, & Dorion, Pteleon. Helos. Dorion.
His præerat Gerenius eques Nestor.
Quiq́; habitabant Arcadiã sub Cyllenes montẽ altum, Arcadia. Cyllene mons.
Prope Æpyti monumentum. Æpytum.
Qui Pheneumq́; incolebant, & Orchomenũ pecorosum Orchomenon.
Ripenque, Stratiénque, & altam Enispen, Ripe. Stratie. Enispe.
Et Tegeam habitabant, & Mantineam amabilem: Tegea mons. Mantinea.
Stymphalúmque tenebant, & Parrhasien habitabant: Stymphalus lacus.
His imperabat Ancæi filius rex Agapenor. Parrhasia mons.
Qui Buprasiúmque, & Elidem nobilem incolebant Elis. Buprasium.
Quantum agri Hyrmine, & Myrsinus extrema, Hyrmine.

Alisium. *Petráque Olenia, & Alisium, intus continet:*
His quidem Amphimacus, Thalpius, Diores, &
Polyxenus praerant:
Ætoli. Pleron. Olenos. Pylene. Chalcis. Calydon. *Ætolis autem imperabat Thoas Andræmonis filius,*
Qui Pleurona habitabant, & Olenum, & Pylenem,
Chalcidáque maritimam, Calydonáque petrosam.
His imperabat flauus Meleager.
Thessalia. *Nunc autem ipsos quicúnque Pelasgicum Argos habitabant:*
Alon. Alope. Trachina mons. *Quique Alon, quique Alopen, quique Thrachinam incolebant:*
Phthia. Hellai. *Quique tenebant Phthiam, & Hellada,*
Myrmidones autem vocabantur, & Hellenes, & Achiui:
His erat princeps velox Achilles.
Phylace. *Qui autem habitabant Philacen, & Pyrrhasum floridam.*
Iton oppid. Antron. Pteleum. *Cereris nemus, Itondque matrem ouium,*
Maritimámque Antrona, & Pteleum herbosum:
Horum Protesilaus bellicosus dux erat.
Pheræ. Bœbis pal. *Qui autem Pheras habitabant apud Bœbeiden paludem,*
Iolcos. Glaphyras. *Bœbem, & Glaphyras, & bene ædificatam Iolcum:*
His imperabat Eumelus Admeti filius.
Methone. Thaumacia. Melibœa. Olizone. *Qui verò Methonem, & Thaumaciam habitabant,*
Et Meliboeam tenebant, & Olizonem asperam:
His Philoctetes praerat.
Tricce. Ithone. Oechalia. *Quique habitabant Triccem, & Ithonem asperam,*
Quique incolebant Oechaliam ciuitatem Euryti Oechalij:
His praerant Æsculapij duo filij.
Hyperias fl. *Quique tenebant Ormenium, quiq; fontem Hyperiam,*

Quiq;

Quique incolebant Asterium, Titaniq́; albos vertices, Asterion.
Horum dux erat Eurypylus Euæmonis filius.
Quiq́; Argissam tenebant, & Gyrtonem habitabant: Gyrton.
Orthen, Eleonénque, ciuitatémque Oloossona albam: Orthe. Eleō.
His praerat bellicosus Polypoetes. Olooſſon.
Gouneus autē ex Cypho ducebat duas, & viginti naues:
Hunc Enienes sequebantur, bellicosiq́; Perabi. Epirus.
Qui circa Dodonem valde brumalem domos posuerūt, Perabi pop.
Quiq́; circa desiderabilem Titaresium arua incolebāt: Dodonæi populi.
Qui in Peneum immittit pulchrè fluentem aquam. Titaresus fl.
Neq; hic Peneo cōmiscetur argenteos vortices habēti, Peneus fl.
Sed in ipsum supernè influit tanquam oleum.
Iuramenti enim grauis Stygis aquæ est riuus. Styx fl.
Magnetibus praerat Prothous Tenthredonis filius, Magnetes
Qui circa Peneum, & Pelium frondosum pop.
Habitabant, his quidem Prothous velox dux erat:
Hunc simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Híque duces Græcorum, & principes erant.

Græcorum mores.

Sic perhibent Graci, gens multùm accommoda nugis, Paling. in
Garrulitate potens, fingendíque apta magistra. Cancro.
Hic Phœnix ille est, quem fingere Græculus audet, Idem in Leo-
Græculus insani capitis, qui posse putauit ne.
Ex vno speciem fieri, putrémque fauillam
Gignere auem, cuiquam non vllo tempore visam.
Sed modò mira canat, nil curat dicere verum
Gens hæc, & tota est monstris ac dedita nugis:
Qua duce nostri etiam delirauere Latini.
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax Iuuenalis.
Audet in historia.

Particularis Græciæ descriptio.

Bœotia Thessaliam proximè excipit.

Stat. Theb. lib. 7. *Iungunt se castris, regisq; in nomen adoptant*
Ocalæa opp. Medon opp. *Ocaleæ, Medeónque, & confertissima sylvis*
Nisa. Thisbe opp. *Nisa, Dionæísque auibus circumsona Thisbe.*
Proximus Eurymedon, cui pastoralia Fauni
Arma patris, pinúsque iubas imitatur equinas:
Terribilis syluis, reor, & Mauorte cruento
Erythræ vrbs. *Talis erit: dites pecorum comitantur Erythræ,*
Scolon. *Qui Scolon, densámque iugis Eteonon iniquis,*
Eteone. Hyle. Schœnos. *Qui breue littus Hyles, Atalantaéumque superbi*
Schœnon habent, notique colunt vestigia campi.
Fraxineas vibrant Macedûm de more sarissas,
Sæuáque difficiles excludere vulnera Peltas.
Ecce autem clamore ruunt Neptunia plebes
Onchestis. Mycalessus. *Onchesti quos Pinigeris Mycalessus in agris,*
Melos fl. *Palladiúsque Melas, hecateáque gurgite nutrit*
Gargaphye. Haliartos. *Gargaphye, quorúmque nouis Haliartos aristis*
Inuidet, & nimiâ sata læta superuenit herba.
Tela rudes trunci, galea vacua ora Leonum.
Et paulò post. *Vos etiam nostris Heliconia turba venitis*
Helicon. Permessus fons. *Addere opem, túque ô Permesse canoris,*
Omius fl. *Et felix Omie vadis, armatis alumnos*
Bellorum resides: patriis concentibus audis
Exultare gregem: quales, cum pallida cedit
Bruma, renidentem deducunt Strimona cygni.
Ite alacres, nunquam vestri morientur honores,
Et paulò pòst. *Belláque perpetuo memorabunt carmine Musæ.*
Ithone. Alalcomon fl. *Ducit Ithonæos, & Alalcomenæa Minerua*
Midea opp. Arne oppid. *Agmina, quas Midee, quos humida suggerit Arne.*
Græa oppid. *Aulida, qui Graeámque ferunt, viridésque Plateas,*
Platea opp. *Et sulco Peteóna domant, refluúmque meatu*
Peteon. Euripus. *Euripum, qua noster alit, téque vltima tractu*

Anthe-

Anthedon, vbi gramineo de littore Glaucus Anthedon.
Poscentes irrupit aquas, iam crine, genísque
Cærulus, & mixtos expauit ab inguine pisces.
Glandibus, & tortâ Zephiros incidere funda
Cura, Cydonæas anteibunt gæsa sagittas.
Tu quoque præclarum forma Cephise dedisses Cephisus fl.
Narcissum: sed Thespiacis iam pallet in agris Thespia op.
Trux puer, orbata florem pater alluit vnda:
Quis tibi Phœbeas acies? veterémque reuoluat
Phocida? quis Panopen? quis Aulida? quis Cyparisson? Panope. Aulis. Cyparissos.
Et valles Lebadæa tuas, & Hyampolin acri
Submissam scopulo? vel qui Parnasson vtrúnque, Lebadæa.
Aut Cyrrham tauris, Ænemoreámque supinant, Hyampolis. Parnassus.
Coryciúmque nemus? propellentémque Lileam Cyrrha.
Cephisi glaciale caput, quo suetus anhelam Lilea.
Ferre sitim Pytho, amnémque auertere ponto.
Omnibus immixtas cono super aspice lauros,
Armáque, vel Tityon, vel Delon habentia, vel quas
Hic deus innumera laxauit cæde pharetras.
Iphitus acer agit genitor, cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides.

Bœotia cur sic dicta.

Orbe pererrato (quis enim deprendere posset *Ouid. Met.*
Furta Iouis?) profugus patriámque, irámque parentis *lib. 3.*
Vitat Agenorides, Phœbíque oracula supplex Cadmus
Consulit, & quæ sit tellus habitanda, requirit. Bœotiam
Bos tibi, Phœbus ait, Solis occurret in aruis, primus incoluit.
Nullum passa iugum, curuíque immunis aratri:
Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro: Bœotia à Boue dicta.
Incustoditam lentè videt ire iuuencam

Nullum seruitij signum ceruice gerentem:
Subsequitur, pressóque legit vestigia gressu
Autorémque viæ Phœbum taciturnus adorat.

Panope opp. Cephisus fl.

Iam vada Cephisi, Panopésque euaserat arua,
Bos stetit, & tollens speciosam cornibus altis
Ad cælum frontem, mugitibus impulit auras:
Atque ita respiciens comites sua terga sequentes
Procubuit, teneráque latus submisit in herbas.
Cadmus agit grates, peregrináq; oscula terræ
Figit, & ignotos montésque, agrósque salutat.

Seneca Oedipus.

Non tu tantis causa periculis,
Non hæc Labdacidas premunt
Fata, sed veteres Deûm
Ira sequuntur: Castalium nemus

Bœotij ex Tyriis orti.

Vmbram Sidonio præbuit hospiti,
Lauitq; Dirce Tyrios colonos.
Vt primùm magni natus Agenoris
Fessus per orbem, furta sequi Iouis
Sub nostræ ramis constitit arboris,
Prædonem memorans suum: monitúque Phœbi
Iussus erranti comes ire vaccæ,
Quam non flexerat
Vomer, aut tardi iuga curua plaustri,
Deseruit fugas, noménque genti
Inauspicata de boue tradidit.
Tempore ex illo noua monstra semper
Protulit tellus,
Aut anguis imis vallibus editus
Annosa supra robora sibilat,
Supráque pinus.

Iuuē. Sat. 10. Bœotij sues dicti homines crasso ingenio.

—cuius prudentia monstrat
Summos posse viros, magnáque exempla daturos
Veruecum in patria, crassóque sub aere nasci.

Vrbes Bœotiæ celebriores.

Theba.

—quis satis Thebas fleat? Idem de Hercule furenti.
Ferax Deorum terra, quem Dominum tremit?
E cuius aruis, éque fœcundo sinu
Stricto iuuentus orta cum ferro stetit:
Cuiúsque muros Amphion Ioue
Struxit canoro saxa modulatu trahens: Thebæ ab Amphione conditæ.
In cuius vrbem non semel diuûm parens
Cælo relicto venit, hæc quæ cælites
Recepit, & quæ fecit, & (fas sit loqui)
Fortasse faciet, sordido premitur iugo.
Cadmea proles, cuius atque ophinius
Quò decidistis? tremitis ignauum exulem.
Suis carentem finibus, nostris grauem
Qui scelera terra, quiq; persequitur mari,
Tenétque Thebas exul Herculeas Lycus.
Monstrúmve summisére Colchi Horat. carm. lib.4.
Maius, Echionuéve Thebæ.
Mœnia vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos Idem carm. lib.1.
Insignes, aut Thessala Tempe.
—an inde vetus Thebis extenditur omen, Stat. Theb. lib.1.
Ex quo Sidonij nequicquam blanda iuuenci
Pondera Carpathio iussus sale quærere Cadmus
Exul Hyanthæos inuenit regna per agros?
Cur tacui Thebas? & mutua vulnera fratrum? Ouid. Trist. lib.2.
Et septem portas sub duce quánque suo?
—hæc trucibus Thebis, hæc digna Mycenis. Claud. de bello Gildonico.
Spargit humi iussos, mortalia semina, dentes. Ouid. Met. lib.1.
Inde (fide maius) gleba cœpere moueri:
Primáque de sulcis acies comparuit hastæ:
Tegmina mox capitum picto nutantia cono, Cadmei fratres in Bœotia sese trucidarunt.
Mox humeri, pectúsque, onerataq; brachia telis

Existunt: crescitque seges clypeata virorum.
Sic vbi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent, primúmque ostendere vultus:
Cætera paulatim, placidóque educta tenore
Tota patent, imóque pedes in margine ponunt.
Territus hoste nouo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape de populo, quem terra creauerat, vnus
Exclamat, nec te ciuilibus insere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum
Cominus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse.
Hic quóque qui dederat letho, non longius illo
Viuit, & expirat, modò quas acceperat, auras.
Exemplóque pari furit omnis turba, suóque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Iámque breuis vitæ spatium sortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
Quinque superstitibus: quorum fuit vnus Echion.
Is sua iecit humi monitu Tritonidis arma,
Fraternaq́; fidem pacis petiitque, deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hospes,
Cùm posuit iussam Phœbeis sortibus vrbem.
Iám stabant Thebæ: poteras iam Cadme videri
Exilio felix: soceri tibi Mársque, Venúsque
Contigerant.

Stat. Theb. lib. 6. —*Echioniæ responsant flebile Thebæ.*

Poling. in Geminis. *Oedipodionias iterum consurgere Thebas*
Nobilis Amphion cantu fidibúsque iubebat.

Seneca Thebais. —*hac telis petes,*
Flammisque tecta? poteris has Amphionis
Quassare moles? nulla quas struxit manus
Stridente tardum machinâ ducens onus:
Sed conuocatus vocis, & citharæ sono
Per se ipse turres venit in summas lapis.

Dictus

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Horat.de arte poetica.
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

Aulis portus Bœotiæ.

— Bœotiáque tellus Ouid. Meta lib.12.
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Virgil. Aeneid.lib.4.
Aulide iuraui.
Euripúsque trahit cursum motantibus vndis Lucanus.
Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim. Chalcis opp. Eubœæ.

Delphi oppidum in Bœotia, vbi oraculum Apollinis erat.

— vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos Horat.carm. lib.1.
Insignes.
Hæc mihi si Delphos, Dodonáque diceret ipsa: Ouid.Trist. lib.4.
Esse videretur vnus vterque locus.
— nescis temeraria, nescis Ouid.Meta. lib.1.
Quem fugias: ideóque fugis: mihi Delphica templa,
Et claros, & Tenedos, Pataræáq; regia seruit.
Enthea mens cuius venturi præscia fati, Paling. in Capricor.
Vera nimis quoties vellet responsa canebat,
Responsa antiquis nunquam cedentia Delphis.

Flumina Bœotiæ.

Cephisus.

Iam vada Cephisi, Panopésque euaserat arua, Ouid.Meta. lib.3.
Bos stetit, & tollens speciosam cornibus altis
Ad cælum frontem, mugitibus impulit auras.

Dirce fons.

Stant altaria, victimæque centum Stat.Syl. li.2.

Quas Dirce lauat, aut alit Citharon.

Ouid. Met. lib. 2. *—tum nymphæ passis, fontésque, lacúsque*
Defleuere comis: quærit Bœotia Dircen.

Seneca Oedippus. *Mitia Cadmæis remeabunt sidera Thebis,*
Si profugus Dircen Ismenida liqueris hospes.

Castalius fons in monte Parnasso.

Idē ibidem. *Ac repentè sanctæ fontis Lympha Castalij stetit.*

Paling. in Cancro. *Hæc ego Castalias flexo dum poplite ad vndas*
Orarem supplex, nympharum adstante corona,
Audiit excelsa Delphorum Phœbus ab arce:
Audiit, & visum est templi nutare cacumen.

Permessus fons ex Helicone fluens.

Stat. Theb. lib. 7. *Vos etiam nostris Heliconia turba venitis*
Addere opem, túque ô Permesse canoris
Et felix Onie vadis.

Paling. in Sagittario. *Antiquum cane Diua melos, bona carmina menti*
Sint tibi, quæ quondam blandus dictabat Apollo
Laurificam sylua Permessi ad fluminis vndam.

Propert. li. 2. *Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes,*
Sed modo Permessi flumine lauit Amor.

Aganippe fons Bœtiæ.

Claud. de Theo. cons. *Nuntia votorum celeri iam fama volatu*
Mouerat Aonios audito consule lucos:
Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior, & docti riserunt floribus amnes.

Virg. Egloga 10. *Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi*
Vlla moram fecere, neque Aoniæ Aganippæ.

Fast. lib. 5. *Dicite quæ fontes Aganippides Hippocrenes*
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Paling. in Virgine. *Non mihi sit tanti potasse Aganippidas vndas,*

Belle-

Bellerophontæi quas protulit vngula monstri.

Montes.

Parnassus, qui est biceps. Alterum enim illius cacumen Helicon dicitur: alterum Parnassus.

Altera deiectos Parnassi vertice Gallos. Idem lib. 2.
Hesperio tantum, quantum semotus Eoo Lucan. lib. 5.
Cardine Parnassus gemino petit æthera colle,
Mons Phœbo, Bromióque sacer, cui numine misto
Delphica Thebanæ referunt Trieteria Bacchæ.
Hoc solum fluctu terras mergente cacumen Delphi primùm ex diluuio Thessalico & Deucalionis emerserunt.
Eminuit, Pontóque fuit discrimen & astris.
Tu quoque vix summam seductus ab æquore rupem
Extuleras, vnóque iugo Parnasse latebas.
Vltor ibi expulsæ premerent cum viscera partus
Matris adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis,
Explicuit cùm regna Themis, tripodásque teneret.
Vt vidit Pæan vastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, ventósque loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris,
Incubuítque adyto vates ibi sanctus Apollo.
Quis latet hîc superûm? quod numẽ ab æthere pressum
Dignatur cæcas inclusum habitare cauernas? Oracula vnde Parnassi & Delphis.
Quis terram cæli patitur Deus, omnia cursus
Æterni secreta tenens, mundíque futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactúsque ferens hominum, magnúsque, poténsque
Siue canit fatum, seu quod iubet ille canendo,
Fit fatum. Forsan terris inserta regendis,
Aëre libratum vacuo quæ sustinet orbem,
Totius pars magna Iouis, Cyrrhæa per antra
Exit, & æthereo trahitur connexa tonanti.

Ouid. Meta. lib.1. *Separat Aonios Actais Phocis ab aruis*
Terra ferax, dum terra fuit: sed tempore in illo
Bœotiæ pars olim aquis mersa. *Pars maris, & latus subitarum campus aquarum.*
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
Nomine Parnassus, superátque cacumine nubes.
Stat. Theb. lib.1. *Audijt & medius cœli Parnassus, & asper.*
Mens mea nescio quo iamdudum impulsa furore
Paling. lib.1. *Ardet lauriferos Parnassi inuisere colles,*
Castaliꝰ fons è quo qui bibunt repentè prodeũt poetæ. *Ruraq; Castaliæ musis celebrata canoris:*
Cyrrha placet, semper virens nemus.
Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Persius in prologo. *Memini, vt repentè sic poeta prodirem.*

Helicon.

Horat. epist. lib.2. *Ut studio maiore petant Helicona virentem,*
Multa quidem nobis facimus mala sæpe poetæ.
Proper. lib.3. *Visus eram molli recubans Heliconis in vmbra*
Castalius fõs ab equo Bellerophontis excauatus. *Bellerophontei quà fluit humor equi.*
Motus eram dictis: totóque Helicone relicto
Scribere conabar verba soluta modis.
Ouid. Trist. lib.4.

Cithæron.

Ouid. Meta. lib.3. *Vadit vbi festus facienda ad sacra Citheron*
Cantibus, & clara Bacchantum voce sonabat.

Cyrrha.

Lucan. lib.3. *Phocaicas Amphisa manus, scopulosaq; Cyrrha,*
Parnassúsque iugo misit desertus vtroque.
Stat. Theb. lib.7. *Tunc & Apollineæ tacuere oracula Cyrrhæ.*
Paling. lib.1. *Cyrrha placet, sempérque virens nemus.*

Ascra mons in Bœotia, vbi & vicus.

Esset perpetuò sua quàm vitabilis Ascra,
Ausa est agricolæ musa docere senis.
Et fuerat terra genitus, qui scripsit, in illa,
Intumuit vati non tamen Ascra suo. Ouid. de Ponto lib. 4.
Ecce deas vidi: non quas præceptor arandi
Viderat, Ascræas cùm sequeretur oues. Ouid. Fast. lib. 6.
Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes, Propert. lib. 2.
Sed modò Permessi flumine lauit Amor.

Attica regio Græciæ Bœotiam excipit.

Athenæ metropolis Atticæ regionis.

An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas? Idem lib. 1.
Nec peto, quas quondam petij studiosus, Athenas. Ouid. Trist. lib. 1.
—si flentibus aram,
Et proprium miseris nomen statuistis Athenæ. Athenæ domicilium omnis doctrinæ dictæ. Eleusis.
Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas,
Pallados, & Consi quondam certaminis arcem,
Paciferæ primùm cui contigit arbor oliuæ. Claudianus de bello Gildonico.
Atticæ facundæ cuius mera gloria linguæ,
Unde per Ioniæ populos, & nomen Achæum,
Versa Graia manus, centum se effudit in vrbes. Ausonius de claris vrbibus.
—& modò me Thebis, modò ponit Athenis. Neptuni.
Quæq; vrbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo, Athenæ & Thebæ vicina oppida.
Exteriúsque sita bimari spectantur ab Isthmo,
Credere quis posset? sola cessastis Athenæ. Horat. epist. lib. 2.
Prima frugiferos fœtus mortalibus agris Ouid. Meta. lib. 6.
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ:
Et recreauerunt vitam, legésque rogarunt: Lucret. lib. 6.
Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ. Athenarum laus.

Marathon oppidum Atticæ.

Stat. Theb. lib. 12. *Si patrium Marathona metu, si tecta leuasti*
Cresia, nec fudit vanos anus hospita fletus.

Seneca Hippolytus. *Vos, quà Marathon tramite læuo*
Saltus aperit, quà comitata
Gregibus paruis nocturna petunt
Pabula feræ: alius rupem
Himettus mons. *Dulcis Himetti, paruas alius*
Aphidnæ op. *Calcet Apidnas, pars illa diu*
Vacat immunis, quà curuati
Littora ponti Sunion vrget.

Sunium promontorium, & vicus Atticæ.

Fast. lib. 4. *Sunion expositum, Piræáque tuta recessu*
Linquit, & in dextrum, qua iacet ora, latus.

Ouid. Meta. lib. 6. *In freta deduci, velóque, & remige portus*
Piræum. *Cecropios intrat, Piræáque litora tangit.*

Eleusis vicus Atticæ.

Ouid. Fast. lib. 4. *Hadriacúmque patens latè, bimarémque Corinthum:*
Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
Triste saxum locus in Attica. *Hic primùm gelido sedit mœstissima saxo:*
Illud Cecropidæ nunc quoque triste vocant.
Sub Ioue durauit multis immota diebus,
Et lunæ patiens, & pluuialis aquæ.
Fors sua cuique loco est. qui nunc Cerealis Eleusis
Celeus ager in Attica. *Dicitur, hic Celei rura fuere senis.*
Ille domum glandes, excussáque mora rubetis
Portat, & arsuris arida ligna focis.

Claud. de raptu Proserpinæ lib. I. *Auditur fremitus terris, templúmque remugit*
Cecropidûm, sanctásque faces extollit Eleusis.

Hymet-

Hymettus mons Atticæ, vbi optimæ apes.

Quàm vultus, oculósque tuos, ô dulcior illo — Ouid. Trist. lib. 5.
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.
Quæ Tritonide fertiles Athenas — Stat. Syl. li. 2.
Vnctis Bœotica prouocas trapetis.
Vertice de summo semper florentis Hymetti — Ouid. Meta. lib. 7.
Lutea manè videt, pulsis Aurora tenebris.
Proximus hinc Butes Actæis diues ab oris: — Valer. Arg. lib. 1.
Innumeras nam claudit apes, longaq́; superbus
Fuscat nube diem dum plenas nectare cellas
Pandit, & in dulcem reges dimittit Hymeton.

Megara regio Atticæ vicina, & Peloponneso.

Liquerat Ortygiam, Megareáque, Pantagiénque, — Ouid. Fast. lib. 4.
Quáque Simetheas accipit æquor aquas.
— viuo prætervehor ostia saxo — Virgil. lib. 4. Aeneid.
Pantagiæ, Megarósque sinus, Tapsúmque iacentem. — Pantagia. Tapsus insula.

Achaia Græciæ regio Megaram excipit, in qua est Corinthus oppidum.

Corinthus.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytelenem, — Horat. carm. lib. 1.
Aut Ephesum, bimarísve Corinthi
Mœnia.
Orchomenósque ferax, & nobilis ære Corinthos. — Ouid. Meta. lib. 6.
Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchris — Ouid. Trist. lib. 1.
Fida manet trepidæ dúxque, comésque fugæ.
Non ego Medææ vellem frenare Dracones: — Idem lib. 3.
Quos habuit fugiens arce Corinthe tua.
— despicias tu — Iuuenalis Satyra 8.
Forsitan imbelles Rhodios, vnctámq; Corinthum?

Horat. epist. 1. *Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.*

Stat. Theba. lib. 1. *—hinc Acte scopuloso in limite pendens.*
Infames Scyrone petras, scyllæáque rura
Purpureo regnata Seni, mitémque Corinthon
Linquit, & in medijs audit duo littora campis.

Argos oppidum Achaiæ seu Peloponnesi.

Horat. lib. 1. Carminum. *Aptum dicet equis Argos, ditésque Mycenas.*
Eruet ille Argos, Agamemnoiasq; Mycenas.

Virgil. Aeneid. lib. 6. Seneca in Thyeste. *Argos de superis si quis Achaicum,*
Pisæasq; domos turribus inclytas,
Isthmi si quis amat regna Corinthij,
Et portus geminos, & mare dissidens.

Mycenæ.

Stat. Theb. lib. 1. Mycenæ vbi Atreus apposuit Thyestæ filios edẽdos. *Tunc sedet Inachias vrbes, Danaiáque regna,*
Et caligantes abrupto sole Mycenas,
Ferre iter, impauidum seu præmia ducit Erinnys.
Argósque & Sparte, Pelopeïadésque Mycenæ.

Ouid. Meta. lib. 6. *—hæc trucibus Thebis, hæc digna Mycenis.*
Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypsipylea colit:

Claudian. de bello Gildonico. Ouid. Fast. lib. 3. Mycenæ Iunoni olim dicatæ. *Iunonem Sparte, Pelopeïadésque Mycenæ:*
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.

Elis, & Sicyon.

Proper. lib. 1. *Quam sibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ,*
Et quas Elis opes antè parabat equis.

Valer. Flac. Arg. lib. 1. Methone op. Aulon opp. *Nelidésque Periclimenus: quem parua Methone*
Et leuis Elis equis, & fluctibus obuius Aulon,
Cæstibus aduersos viderunt frangere fluctus.

Stat. Theb. lib. 2. *— quis te solio Sicyonis auitæ*
Excitum infrenos componere legibus Argos
Nesciat?

Nesciat? atque vtinam his manibus permittere gentes
Iuppiter æque velis, quas Doricus allegat vndis
Isthmos, & alterno quas margine summouet infra:
Non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
Sæua nec Eleæ gemerent certamina valles.

Pisa oppidum Achaiæ.

Sin ad bella magis studium, turmásque feroces,
Aut Alphæa rotis prælabi flumina Pisæ. Virg. Georg. lib. 3.
— Cadmææque Dirce Luca. lib. 3.
Pisææq; manus. —

Methone.

An frequens ruscis leuibus Methone? Seneca in Troade.

Sicyon.

Qui Dreuani scopulos, & oliuifera Sicyonis Stat. Theb. lib. 4.
Culta ferunt.
Aphrica quot segetes, quot Tmolia terra racemos, Ouid. de Ponto lib. 4.
Quot Sicyon bacchas, quot parit Hybla fauos.

Alphæus fluuius Achaiæ.

— tumidæ sic transfuga Pisæ Stat. Syl. li. 1.
Amnis in externos longè flammatus amores
Flumina demerso trahit intemerata canali.
Donec Sicanios tandem prolatus, anhelo
Ore bibat fontes, miratur dulcia Nais Arethusa fons ex Alphæo oritur.
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.
Nec procul hinc Nymphe, quæ dum fugit Elidis amnẽ, Ouid. de Ponto lib. 2.
Tecta sub æquorea nunc quoque currit aqua.
— Alphæum fama est huc Elidis amnem Virgil. Aeneid. lib. 4.
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

Georg. lib. 3. *Aut Alphæa rotis prælabi flumina Pisæ.*

Amimon fluuius.

Ouid. Meta. lib. 2. *Argos Amimonem, Ephyre Pyrenidas vndas.*

Arcadia Peloponnesi regio Achaiam & Elidem excipit.

Arcadiæ descriptio.

Arcades antiquissimi Græciæ populi. Stat. Theb. lib. 4.

Arcades huic veteres astris, Lunáque priores
Agmina fida datis, nemorum vos stirpe rigenti
Fama satos, cùm prima pedum vestigia tellus
Admirata tulit: nondum arua, domúsque nec vrbes,
Connubiísque modus Quercus, Laurúsque ferebant
Cruda puerperia, ac populos vmbrosa creauit
Fraxinus, & fœtâ viridis puer excidit orno.
Hi lucis stupuisse vices, noctísque feruntur
Nubila, & occiduum longè Titana secuti
Desperasse diem: rarescunt alta colonis
Mænala. *Mænala; Parthenium fugitur nemus, agmina bello*
Rhipe opp. Strathie op. *Rhipéque, & Stratie, ventosáque donat Enispe.*
Enispe opp. Tegea mons. *Non Tegéa, non ipsa Deo vacat alite fœlix*
Cyllene môs. *Cyllene: templúmque Aleæ nemorale Mineruæ.*
Clyton fl. Laddon fl. *Et rapidus Cliton, & qui tibi Phythie Laddon,*
Lãpia mons. *Penè socer, candénsque iugis Lampia niuosis.*
Pheneos lacus. *Et Pheneos nigro Styga mittere credita diti.*
Azan mons. *Venit & Idæis vlulatibus æmulus Azan,*
Parrhasium nemus. *Parrhasiíque duces, & quæ risistis amores*
Nonacris mons. *Grata pheretrato Nonacria rura tonanti.*
Orchomenos opp. *Diues & Orchomenos pecorum, & Cynosura ferarum,*
Æphitios idem ardor agros, & Psôphida celsam
Cynosura op. Æphyt' opp. *Vastat, & Herculeo vulgatos robore montes,*
Erimanthus mons. *Monstri ferúmque, Erimanthon, & horrisonũ Stymphalõ.*
Stymphalus. *Arcades hi gens vna viris, sed dissona cultu*

Scinditur,

Scinditur, hi paphias myrtos à stirpe reuruant.
Hi pastorali meditantur prælia trunco,
His arcus, his tela sudes, hic cassidé crines
Integit. Arcadij morem tenet ille galeri,
Ille Lycaoniæ ritu caput asperat vrsæ.
Hos belli cœtus, iuratáque pectora Marti
Garrula Menarchum referebat sæpius Echo. Paling. in Sagittario.
Arcadas hic domuit felici Marte Gigantes, Menarchus primus rex Arcadum.
Vt mihi tunc retulit fido sermone Timalphes.
Nanque, ait, Arcadiam totam sine montibus olim
Planicie ingenti campos habuisse patentes,
Terribilésque illud regnum tenuisse Gigantes,
Mænalon, & Pholoen, & amantem lustra Lycæum, Mænalus mons.
Gestantémque humeris aprorum terga Erymanthum, Pholoe mōs.
Et flagrantem odijs in cœlicolas Cyllenem: Lycæus mōs.
Qui primi ante alios natiuo robore freti, Erymanthus mons.
Turpia sunt ausi conuicia dicere Lunæ: Cyllene mōs.
Se prius esse illâ genitos, & nobiliori
Stemmate conspicuos, ideóque in sede locandos
Ætherea magis, & diuorum nomine dignos.
Quin etiam insani struxere ad sidera turrim
Maiorem, Nemrothe, tua, ferróque recuruo Nembroth⁹.
Ter sunt conati de cœlo euellere diuam
Sanguineam vultu, mortaliaq; arma timentem:
Ter Menarchus eos multa vi reppulit, & ter
Expressos nigro Saturni è gramine succos
Iniecit miseris, virúsque per ossa cucurrit.
Obriguere illi extemplò, victíque dolore
Informes liquere animas, quas Tartarus imo
Excepit fundo, cruciandas omne per æuum:
Corpora sed valido penitus labefacta veneno,
Membrorum molem in montes vertere superbos.
Mutatáq; suum nomen tenuere figura.

Vnde huius facti memores, tantique triumphi,
Solenni pompa celebrant pia festa quotannis
Lunicolæ, regémque suum venerantur ouantes.

Ouid. Fast. lib. 1.

Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)
A magno tellus Arcade nomen habet.

Pan est Deus Arcadum. Idem lib. 2. Stymphalis palus.

Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades: Arcadiis plurimus ille iugis.
Testis erit Pholoe: testes Stymphalides undæ:
Quique citis Ladon in mare currit aquis:
Cinctaque pinetis nemoris iuga Nonacrini,

Troezene.

Altáque Troezene, Parrhasiæq; niues.
Pan erat armenti, Pan illic numen aquarum:
Munus ob incolumes ille ferebat oues.

Arcadum priscus vitæ cultus.

Ouid. Fast. lib. 2.

Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades: & Lunâ gens prior illa fuit.

Agrestis vita Arcadum primùm.

Vita feris similis nullos agitata per usus:
Artis adhuc expers, & rude vulgus erat.
Pro domibus frondes norant: pro frugibus herbas:
Nectar erat palmis hausta duabus aqua.
Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus:
Nulla sub imperio terra colentis erat:
Nullus adhuc erat usus equi: se quisque ferebat:
Ibat ouis lanâ corpus amicta sua.
Sub Ioue durabant, & corpora nuda gerebant,
Docta graues imbres, & tolerare Notos.
Nunc quoque detecti referunt monimenta vetusti
Moris: & antiquas testificantur opes.

Flumina Arcadiæ.

Laddon fluuius.

Ouid. Meta. lib. 1.

Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat. —

Hac

Hæc enixa iugo cupressifera Cyllenes Idē. Fast.li.5.
Ætherium volucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc, Laddónque rapax, & Mænalus ingens
Ritè colunt, Lunâ credita terra prior.

Erasinus fluuius.

Existit procul hinc, alióque renascitur ore: Ouid. Metā. lib.15.
Sic modò combibitur, tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.
Et missum capitísque sui, ripæq; prioris
Pœnituisse, aliáque ferunt nunc ire Caicum. Caicus fl.
Arcadiæ capita alta madent: ruit agmine facto Stat. Theb lib.1.
Inachus, & gelidas surgens Erasinus ad Arctos.
Spumeus, & genero tumuit Ioue quos celer ambit Idem Theb. lib.4.
Asterion, Dryopúmque trahens Erasinus aristas.

Styx fluuius Arcadiæ, de quo intelligenda sunt, quæ poetæ de Styge inferna scripserunt.

Dij, quibus in numerum vacui famulantur Auerni, Claud. de raptu Proserpinæ lib.1.
Vulgus iners, opibus quorum donatur auaris,
Quicquid in orbe perit, quos Styx liuentibus ambit
Interfusa vadis, & quos fumantia torquens
Æquora, vorticibus Phlegethon perlustrat anhelis.
Quo bruta tellus, & vaga flumina, Horat. carm. lib.1.
Quo Styx, & inuisi horrida Tænari Tænarus promontorium.
Sedes, Atlanteúsque finis
Concutitur.
Quos circum limus niger, & deformis arundo Virgil. lib.4. Georg.
Cocyti tardáque palus, inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.

Stymphalis lacus.

Lucr.lib.5. *—vncísque timendæ*
Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Pheneus lacus.

Ouid. Meta. lib.15. *Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,*
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent pota, sine noxa luce bibuntur.

Montes Arcadiæ.

Mænalus.

Ouid. Met. lib.1. *Mænala transieram latebris horrenda ferarum,*
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi:
Cyllenus mons. *Arcados hinc sedes & inhospita tecta tyranni*
Lycæus mõs. *Ingredior, traherent cùm sera crepuscula noctem.*
Virg. Georg. lib.1. *Ipse nemus linquens patrium, saltúsque Lycæi,*
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ô Tegeæe fauens.

Erymanthus & Taygetus montes.

Claud. de bello Getico. *Nec tibi Parrhasios licuit munire colonos*
Frondosis Erymanthe iugis, equitatáq; summi
Culmina Taygeti trepidæ vidistis Amyclæ.
Idē de raptu Proserp. lib.2. *Te iuga Taygeti posito te Mænala flebunt*
Venatu, mœstóque diu lugebere Cyntho.

Laconia Græciæ regio excipit Arcadiam.

Claud. de laude Serenæ. *—nec carior olim*
Mutua Ledæos deuinxit cura Lacones.
Claud. in Rufinum lib.2. *Prodita non tantas vidisset Græcia clades:*
Oppida semoto Pelopeïa Marte vigerent:
Starent Arcadia: starent Lacedæmonis arces.

Metro-

Metropolis Laconiæ Sparta, vel Lacedæmon.

Me nec tam patiens Lacedæmon. Horat. carm. lib. 1.

Pulsus Aristides patria, Lacedæmona fugit, Ouid. de Ponto lib. 1.
Inter quas dubium, quæ prior esset, erat.
Iunonem Sparte, Pelopeïadésque Mycenæ: Sparta Iunoni olim dicata.
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput. Ouid. Fast. lib. 3.

Multa tuæ, Sparte, miramur iura Palæstræ, Proper. lib. 3.
Sed mage virginei tot bona gymnasii,
Quòd non infames exercet corpore laudes Spartanorũ mores & exercitationes quales olim fuerint.
Inter luctantes nuda puella viros,
Cùm pila veloces fallit per brachia iactus,
Increpat & versi clauis adunca trochi,
Pulverulentáque ad extremas stat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio.
Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris,
Missile nunc disci pondus in orbe rotat.
Gyrum pulsat equis, niueum latus ense reuincit,
Virgineúmque cauo protegit ære caput.
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis.
Et modo Taygeti crines aspersa pruina,
Sectatur patrios per iuga longa canes,
Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis, Eurotas fl.
Hic victor pugnis, ille futurus equis:
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuisse Deos.
Lex igitur Spartana vetat secedere amantes,
Et licet in triuijs ad latus esse suæ:
Nec timor, aut vlla est clausæ tutela puellæ,
Nec grauis austeri pœna cauenda viri.
Nullo præmisso, de rebus tute loquaris
Ipse tuis. longæ nulla repulsa moræ.

Non Tyriæ vestes errantia lumina fallunt,
Est neque odoratæ cura molesta comæ.
Ast nostra ingenti vadit circundata turba,
Nec digitum angusta est inseruisse via:
Nec quæ sint facies, nec quæ sint verba rogandos,
Inuenias: cæcum versat amator iter.
Quod si iura fores, pugnásque imitata Laconum,
Carior hoc esses tu mihi Roma bono.

Eurotas fluuius qui Spartam alluit.

Virg. egl. 6. *Omnia quæ, Phœbo quondam meditante, beatus*
Audijt Eurotas, iussitq; ediscere lauros.

Stat. Theb. lib. 1. *Audijt & medius cœli Parnassus, & asper*
Eurotas. —

Ouid. Meta. lib. 2. *Mygdoniúsque Melas, & Tænarius Eurotas.*

Amyclæ oppidum Laconiæ.

Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 1. *Mars donat Rhodopen. Phœbus largitur Amyclas.*

Stat. Theb. lib. 7. — *ledæásque ibis Amyclas.*

Promontoria Laconiæ Maléa, & Tænarus.

Luc. lib. 9. *Dorida tunc Maleam, & apertam Tænaron vmbris.*
Cythaira insula proxima Laconiæ. *Inde Cythaira petit: Boreáque vrgente carinas*
Creta fugit: Dictæa legi cedentibus vndis
Littora. —

Stat. Achil. lib. 1. *Nec tantum exciti bimari, quos Isthmia vallo*
Claustra, nec vndisonæ quos circuit vmbo Maleæ.

Idem Theb. lib. 2. *Est locus, Inachiæ dixerunt Tænara gentes,*
Quà formidatum Maleæ spumantis in auras
It caput, & nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex, ventósque, imbrésque serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.

Illic exhausti posuere cubilia venti,
Fulminibúsque iter est:medium caua nubila montis
Insumpsere latus,summos nec præpetis alæ
Plausus addit colles,nec rauca tonitrua pulsant.
Ast vbi prona dies longos super æquora fines
Exigit,atque ingens medio natat vmbra profundo,
Interiore sinu frangentia littora curuat
Tænarus, expositos non audens scandere fluctus: Tænarus mons.
Illic Ægeo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos:prior haurit habenas
Vngula,postremi soluuntur in æquora pisces.
Hoc(vt fama)loco pallentes deuius vmbras
Trames agit,nigríque Iouis vacua atria ditat Per Tænarũ itur ad Manes & infernum.
Mortibus, Arcadij perhibent si vera coloni.
Stridor ibi,& gemitus pœnarum,atróque tumultu
Feruet ager:sæpe Eumenidum vocésque,manúsque,
In medium sonuere diem,lætique triformis
Ianitor agricolas campis auditus abegit.
Hac & tunc fusca volucer Deus obsitus vmbra
Exilit ad superos,infernáque nubila vultu
Discutit,& viuis afflatibus ora serenat.
Qui tenet vndisonam Psamathen,sempérque patētem Valer. Flac. Argon. li. 1.
Tænaron Euphemus. Psamathe insula.
Quo Styx,& inuisi horrida Tænari
Sedes,Atlanteúsque finis Horat. carm. lib. 1.
Concutitur.
Etiam noctiuagas inter Deus armiger vmbras Stat. Theb. lib. 3.
Desuper Arcadiæ fines,Nemæáque rura
Tænariúmque cacumen,Apollineásque Terapnas Terapnæ op.
Armorum tonitru ferit,& trepidantia corda
Implet amore sui.

Messena regio Græciæ, Laconiæ pars, cuius oppida hæc sunt, ipsa Messena, & Pylos.

Ouid. Meta. lib. 2
— Elim, Messeniáque arua colebas.
Mittit opes, densásq; Pylos Neleia turmas,

Stat. Theb. lib. 4.
Nondum nota Pylos, iuuenísque ætate secunda Nestor.

Idem Achil. lib 1.
Murorum tormenta Pylos, Messenáque tradunt.
Messenéque ferox, Patræq; humilésque Cleonæ,

Ouid. Meta. lib. 6.
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pytheïa Troezen.

Oppida Patræ Cleonæ. Troezen.

Troezen.

Ouid. Meta. lib. 15.
Est prope Pittheam tumulus Troezena sine vllis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus. Nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum cæcis inclusa cauernis
Expirare aliquà cupiens, luctatáque frustra
Liberiore frui cælo, cùm carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum: ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut derepta bicornis
Terga capri. tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longóque induruit æuo.

Fast. lib. 1.
— Altáque Troezene.

Stat. Theb. lib. 4.
— dederat nec non socer ipse regendas
Ægion, Aranénque, & quas Thesćia Troezen
Addit opes.

Reliquæ Græciæ regiones, quæ sunt extra Peloponnesum, Phocis, Ætolia, Acarnania, Epirus.

Regiones Ætolia. Acarnania. Epirus. Phocis.

Stat. Achil. lib. 1.
Dat bello pedites Ætolus, & asper Acarnan:
— frænat celeres Epirus alumnos:
Phocis, & Aoniæ iaculis rarescitis vmbræ.

Phocis

Phocis, quæ & Aonia dicitur à fonte Aonio.

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis — Ouid. Meta. lib.1.
Terra ferax, dum terra fuit: sed tempore in illo
Pars maris, & latus subitarum campus aquarum. — Phocidis descriptio.
—exciuerat omnem — Stat. Theb.
Aoniam, Eubœámque, & Phocidos arua propinquæ. — lib. 7.
Iámque vbi cæruleum variabant sidera cœlum, — Ouid. Fast.
Suspice, Gorgonei colla videbis equi. — lib.3.
Creditur hic cæsæ grauidæ ceruice Medusæ
Sanguine respersis prosiluisse comis.
Huic supra nubes, & subter sidera lapso
Cœlum pro terra: pro pede, penna fuit. — Aonius mõs
Iámque indignanti noua fræna receperat ore, — vnde.
Cùm leuis Aonias vngula fodit aquas.
Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores — Idem Trist.
Otia, iudicio semper amata meo. — lib.4.
At tu, cui bibitur felicius Aonius fons, — Idem de Ponto lib.4.
Vtiliter studium quod tibi cedit, ama.

Anticyra ciuitas in Phocide.

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam — Horat. de arte poetica.
Tonsori Licino commiserit.
I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos, — De Ponto
Quicquid & in tota nascitur Anticyra. — lib.4.
O capita Anticyræ succis curanda meracis! — Paling. de Scorpio.

Ætoliæ, regionis Græciæ, descriptio.

Huic quoque præstantes Ætolis vrbibus affert — Stat. Theb.
Belli fama viros: sensit scopulosa Pylene, — lib.4. Oppida Pylene.
Fletáq; cognatis auibus Meleagria Pleuron, — Pleuron.
Et præceps Calydon, & quæ Ioue prouocat Idam — Calydon.
Olenos, Ionijs & fluctibus hospita portu — Olenos.

Chalcis. *Chalcis, & Herculea turpatus gymnade vultus*
Achelous fl. cum Hercule pugnãs ab eo victus est. *Amnis, adhuc imis vix truncam attollere frontem*
Ausus aquis, glaucóque caput summersus in antro
Mœret, anhelantes ægrescunt puluere ripæ.
Omnibus æratæ propugnant pectora crates,
Piláque sæua manu, patrius stat casside mauors.
Sil Ital.li.15. *Æmathio interea tellus Ætola tumultu*
Ætolia. *Feruebat, Macedûm subitis perculsa carinis.*
Acarnania. *Proximus huic hosti dextras iungebat Acarnan.*
Causa noui motus Pœnis, regíque Philippo,
Oricos opp. *Ille & nocturnis conterruit Oricon armis.*
Quáque per Illyricum Taulantius incola littus
Exiguos habitat non vllo nomine muros,
Epiri oppid. & populi. *Turbidus incessit telis, ille æquore vectus*
Pheaces. *Nunc & Pheacum, Thesprotiáque arua lacessens*
Thesprotij. *Epirum cassis lustrabat futilis ausis.*
Anactorium. *Hinc & Anactoriâ signa ostentauit in ora*
Ambracia. Pella. *Ambraciósque sinus, Pellæáque littora bello*
Perfundit rapido. pepulit vada feruida remis
Actium promontor. *Leucata, & Phœbi vidit citus Actia templa.*
Calydon op. *—tristem Calydona Dianæ,*
Et paulò pòst. *Oeneásque domos, Curetica tecta subibat.*

Oppida Ætoliæ.

Calydon.

Virg. Aen. lib. 7. *—concessit in iras*
Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.
Claud. de laude Serenæ. *Herculeas vidit fluuio luctante palæstras*
Mœnibus ex altis Calydon, pretiúmque laboris
Deianira fuit. cùm pectore victor anhelo
Achelous fl. Ætoliæ. *Alcides fremeret, retróque Acheloius iret*
Decolor: attonitæ stringebant vulnera Nymphæ,

Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Venit ad Adrastum Tydeus, Calydone fugatus. Ouid. de Ponto lib. 1.
Et nondum torua Calydon inuisa Diana. Ouid. Met. lib. 6.
—inde orsus in ordine Tydeus Stat. Theb. lib. 1.
Continuat, mœsti cupiens solatia casus:
Monstrifera Calydonis opes, Acheloiáque arua
Deserui.

Olenos.

Olenos tectis habitata raris. Seneca in Troade.
Nascitur Oleniæ sidus pluuiale Capellæ: Ouid. Fast. lib. 5.
Illa dati cœlum præmia lactis habet.

Epirus regio Græciæ Acarnaniam & Ætoliam excipit.

—molles sua tura Sabæi, Virg. Georg. lib. 1.
At Calybes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum. Equæ Epiroticæ.
—non Chaonas, atque Molossos, Populi Chaones. Molossi. Dodonæi.
Quos Epirus alit, nec Dodonea subegit
Agmina, fatidicam frustra iactantia sortem. Claud. de bello Getico.

Populi Epiri.

Chaones.

Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit Virg. Aeneid. lib. 3.
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces, Idem Aen. lib. 3.
Littoráque Epeiri legimus, portúque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem. Buthrotum oppidum.

Molosſi, vnde magni canes appellati Molosſi.

Ouid. Met. lib. 1. *Nec contentus eo eſt: miſſi de gente Moloſſa*
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.
Claud. in Ruff. lib. 2. *Sic mons Aonius rubuit, cùm Penthea ferrent*
Mænades, aut ſubitò mutatum Actæona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo Moloſſis.
Stat. Theb. lib. 2. *—gemit inter bella peremptum*
Parthus equum, fidóſque canes fleuere Moloſſi.

Dodona ſylua Epyri.

Ouid. Triſt. lib. 4. *Hæc mihi ſi Delphos, Dodonáque diceret ipſa:*
Eſſe videretur vanus vtérque locus.
Idem Faſt. lib. 6. *Tertia nox veniet, qua tu Dodona Thyene*
Stabis Agenoreæ fronte videnda bouis.

Epiri promontoria.

Actia, & Leucate illi vicina.

Ouid. Faſt. lib. 2. *Frondibus Actiacis comptos redimita capillos*
Pax ades: & toto mitis in orbe mane.
Claud de bello Getico. *—non obiice Pindi*
Seruati Driopes: nec nubifer Actia texit
Littora Leucatæ.
Virg. Aeneid. lib. 3. *Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis,*
Et formidatus nautis aperitur Apollo:
Hunc petimus feſſi, & paruæ ſuccedimus vrbi:
Anchora de prora iacitur: ſtant litore puppes.
Ergo inſperata tandem tellure potiti
Luſtramúrque Ioui, votíſque incendimus aras,
Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Exercent

Exercent patrius, oleo labente palæstras
Nudati socij.
Falcifero libata seni duo corpora gentes Ouid. Fast. lib. 5.
Mittite: quæ Tuscis excipiantur aquis:
Donec in hæc venit Tyrinthius arua, quotannis:
Tristis Leucadio sacra peracta modo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites: Nam Apollini apud Actium in mari Leucadio humana hostia sacrificabatur.
Herculis exemplo corpora falsa iaci.
An quia perpetuos meruit domus ista triumphos?
An quia Leucadio semper amata Deo?
Vel rapidæ flammis vrar patienter in Ætna:
Vel freta Leucadij mittar in alta dei. Idem Trist. lib. 3. Idem Trist. lib. 5.

Ceraunia vel Acroceraunia.

His dictis, omnes vnà fremuere manipli, Claud. in Ruff. lib. 2.
Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu.
Cùm poteram recto transire Ceraunia velo, Ouid. de Pōto lib. 2.
Vt freta vitarem saxa, monendus eram.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta, Virg. Aen. lib. 3.
Vnde iter Italiam, cursúsque breuissimus vndis.
—nubila nusquam, Lucan. lib. 5.
Vndarúmque minæ: cælo languente, fretóque
Naufragij spes omnis abest, sed nocte fugata
Læsum nube diem iubar extulit, imáque sensim
Concussit pelagi, mouitque Ceraunia nautis.
Infantes scopulos Acroceraunia. Horat. lib. 1. Carm.

Oppida Epiri.

Buthrotum.

Buthrotum oppidum.

—& celsam Buthroti ascendimus vrbem. Virg. Aen. lib. 3.

Dyrrhachini soli descriptio.

Lucan.lib.5. *Prima duces vidit iunctis consistere castris*
Tellus, quam volucer Genusus, quam mollior Apsus
Apsus fl. *Circumeunt ripis. Apso gestare carinas*
Causa palus, leni quam fallens egerit unda.
Genusus fl. *At Genusum nunc sole nives, nunc imbre solutæ*
Præcipitant: neuter longo se gurgite lassat,
Sed minimum terræ vicino littore nouit.
Hoc Fortuna loco tantæ duo nomina famæ
Composuit.
Idem lib.6. *Signa mouet, tectúsque via dumosa per arua*
Dyrrhachij præceps rapiendas tendit ad arces.
Hoc iter æquoreo præcepit limite Magnus,
Taulantij populi. *Quémque vocat collem Taulantius incola Petram,*
Insedit castris, Ephyreáque mœnia seruat,
Petra seu promontor. Dyrrhachij. *Defendens tutam vel solis turribus vrbem,*
Non opus hanc veterum, non moles structa tuetur,
Humanúsque labor, facilis, licet ardua tollat,
Cedere vel bellis, vel cuncta mouentibus annis:
Sed munimen habet nullo quassabile ferro,
Dyrrachij oppidi descriptio. *Naturam, sedémque loci. nam clausa profundo*
Vndique præcipiti, scopulísque vomentibus æquor,
Exiguo debet, quod non est insula, colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,
Ioniúmque furens rapido cum tollitur Austro,
Tẽpla, domósque quatit, spumátque in culmina pontus.

Castella Numici vicinus locus Dyrrhachio.

Lucan.lib.6. *Opportuna tamen valli pars visa propinqui,*
Quam Numici castella vocant, & confraga densis
Arboribus dumeta tegunt.

Epi-

Epidaurus.

—aut medicis felix Epidaurus arenis. Stat. Syl. li. 1.

EPIRVM EXCIPIT ILLYRICA regio, pertinens ad mare Adriaticum ad occasum: ad ortum autem, Thraciam, & Macedoniam attingens: ad Septentrionem Pannoniam.

—Post verò immensum tractum ducens Dionysius.
Illyricam circum terram voluitur vsque ad iugum,
Montésque excelsos, quos Ceraunios vocant.
Illum autem circa sinum videas insignem tumulum,
Tumulum quem Hermionæ, Cadmíque, fama dicit. Hermionæ tumulus.
Illìc enim in serpentum flexuosum genus mutati sunt.
Quando ab Ismeno opulentam post senectam migrarūt.
Vbi ipsis prodigium aliud dij fecerūt. circa nanque terrā
Illam vtrinque sita sunt duo saxa:
Quæ ambo concussa concurrunt, quando aliquod principium
Est incolis mali, quod appropinquat ipsis.
—vastator Achiuæ Claud. in Eutrop. lib. 2.
Gentis & Epirum nuper populatus inultam,
Possidet Illyricos. Illyricum & Epirus vicinæ regiones.
Nam procul Illyricis læua de parte relictis Ouid. Trist. lib. 1.
Interdicta mihi cernitur Italia.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda.
Adde, quod Illyrica si iam pice nigrior essem, Idem lib. 2.
Non mordenda mihi turba fidelis erat. Idem de Pōto lib. 4.

DALMATIA ILLYRICVM excipit. Est autem Dalmatia ad mare Adriaticum.

Pæones. Ouid. de Põto lib.2.

Adde triumphatos modò Pæonas, adde quieti
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.
Nec dedignata est abiectis Illyris armis,
Cæsareum famulo vertice ferre pedem.

Claud. in Rufinum lib.2.

—Europa cateruis
Ludibrio, prædaq; datur, frondentis adúsque
Dalmatiæ fines: omnis quà mobile ponti
Æquor, & Hadriacas tellus interiacet vndas.

Dalmatici maris, & littoris descriptio.

Lucan. lib.4. Dalmaticum mare scopulosum.

Et laxas fluitare sinit, religátque catenas
Rupis ab Illyricæ scopulis: nec prima, nec illa,
Quæ sequitur, tardata ratis: sed tertia moles
Hæsit, & ad cautes adducto fune secuta est.
Impendent caua saxa mari, ruituráque semper
Stat (mirum) moles, & syluis æquor inumbrat.
Huc fractas Aquilone rates, súbmersáque pontus
Corpora sæpe tulit, cæcísque abscondit in antris:
Restituit raptus tectum mare, cúmque cauernæ
Euomuere fretum, contorti vorticis vndæ
Tauromintanam vincunt feruore Charybdim.

Opitergini populi.

Hic Opiterginis moles onerata colonis
Constitit: hanc omni puppes statione solutæ
Circumeunt: alij rupes, ac littora complent.

SVPRA

SVPRA DALMATAS, ET ILlyricos ad Septentrionem sunt Mœsi, & Isauri populi.

—qualem Stilico deiecerit hostem,
Thraces, & Æmonij poterunt, Mœsiq; fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Æmum
Tendit hyems vestire gelu, totiésque solutis
Ver niuibus viridem monti reparauit amictum,
Ex quo iam patrios gens hæc oblita Triones,
Atque Istrum transuecta semel, vestigia fixit
Threicio funesta solo: seu fata vocabant,
Seu grauis ira Deûm, seriem meditata ruinis:
Ex illo quoscúnque vagos impegit Erinnys,
Grandinis, aut morbi ritu per deuia rerum
Præcipites, per claustra ruunt, nec contigit vllis
Amnibus, aut scopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Æmus
Odrisiis. facili contemnunt Strymona saltu,
Et frustra rapidum damnant Alyacmona Bessi.

Claud. de bello Getico.

Gothi in Mœsiam irrupere ante Honorium Imperator.

LIBVRNIA DALMATIÆ CONtigua est versus occasum ad mare Adriaticum, & vltima Europæ regio Italiam attingens.

Inde autem ad Auroram conuersum circumuoluitur salum,
Littora subradens Liburnica, circúmque firmam
Hylleorum terram omnem quæcunque adiacet Isthmo,

Dionysius.

Hyllei popu.

Bulimei pop. *Bulimeorúmque littora.—*

Virg. Aen. lib. I. *Antenor potuit mediis elapsus Achiuis*
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Timauus fl. *Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui:*
Liburniorum. *Unde per ora nouem vasto cum murmure montis*
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.

Aquileia Liburnorum oppidum.

Hyrij. Dionysius. *Gentésque Iapigum extentæ vsque ad Hyrium*
Maritimam, vbi trahitur Adrium salum
Mare in finitimum Aquileense: vbi condita est
Vrbs Tegestræorum, intimis in finibus maris.
Tot quidem Ausoniam circundepascuntur terram.
Auson. de Claris vrbibus. *Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti*
Nona inter claras Aquileia cieberis vrbes.
Itala ad Illyricos obiecta colonia montes,
Mœnibus & portu celeberrima: sed magis illud
Eminet, extremo quod te sub tempore legit,
Solueret exacto cui iusta piacula lustro
Maximus, armigeri quondam sub nomine lixa.
Felix quæ tanti spectatrix læta triumphi
Rutupini populi. *Punisti Ausonio Rutupinum Marte latronem.*

EVROPÆ FINIS.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE POETICÆ LIBER SECVNDVS QVI EST DE AFRICA.

Summaria Africæ descriptio.

SEd certè Libya quidem ab Europa habet terminum Dionysius.
Obliquum in lineis, Gades, & ostia Nili. Nilus.
Vbi maximè Borealis est recessus Aegypti, Ægyptus.
Et fanum percelebre Amyclæi Canopi. Canopus.
Exciuit Libycæ gentis, extremáque mundi Lucan. lib. 4.
Signa suum comitata Iubam. non fusior vlli
Terra fuit domino. quà sunt longissima regna,
Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas Atlas mons.
Terminat: à medio, confinis Syrtibus Ammon. Ammon op. Syrtes.
At quà lata iacet vasti plaga feruida regni,
Distinet Oceanum, Zonæq; exusta calentis
Sufficiunt spatio. populi tot castra sequuntur, Autololes populi.
Autololes, Numidæq; vagi, semperque paratus Numidæ populi.
Inculto Getulus equo: tum concolor Indo Getuli pop.
Maurus, inops Nasamon: misti Garamante perusto Mauri pop.
Marmaridæ volucres, æquaturúsque sagittas Garamantes populi.
Medorum, tremulum cùm torsit missile, Mazax: Marmaridæ populi.
Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso Mazaces populi.
Ora leui flectit frænorum nescia virga: Nasamones populi.
Et solitus vacuis errare mapalibus Afer Massyli qui & Massæsyli dicuntur
Venator, ferrique simul fiducia non est,
Vestibus iratos laxis operire Leones.

Idem lib. 9. *Tertia pars rerum Libyæ, si credere famæ*
Cuncta velis: at si ventos, cœlúmque sequaris,
Africa verú tertia pars orbis. *Pars erit Europæ. Nec enim plus litora Nili,*
Quàm Scythicus Tanais primis à Gadibus absunt,
Vnde Europa fugit Libyen, & litora flexu
Oceano fecere locum: sed maior in vnam
Ex Asia qui venti flent. *Orbis abit Asiam. Nam cùm communiter istæ*
Effundunt Zephyrum, Boreæ latus illa sinistrum
Contingens, dextrúmque Noti descendit in ortus,
Eurum sola tenens. Libyæ quod fertile terræ est,
Vergit in occasus: sed & hæc non fontibus vllis
Soluitur: Arctoos raris Aquilonibus imbres
Africa siticulosa regio. *Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.*
In nullas vitiatur opes, non ære, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura
Sed penitus terra est: tantum Maurusia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat vsum:
Citrinum malum in Africa. *Sed citri contenta comis viuebat, & vmbra.*
In nemus ignotum nostræ venere secures:
Extremóque epulas, mensásque petiuimus orbe.

Africæ generalis descriptio.

Dionysius. *Libya quidem extenta ad Austrum serpit,*
Ad Austrum, & ortum, mensulæ formæ similis:
Orsa primùm à Gadibus, vbi quidem extrema
In secessum acuminata porrigitur Oceani:
Pop. Africæ. *Limitem verò Arabicum terminat prope mare*
Æthiopes. *Latiorem, vbi terra nigrorum Æthiopum*
Erembi. *Alterorum, quos iuxta porrigitur solum Eremborum.*
Pelli pãtherinæ autem ipsam homines perhibent similẽ.
Arida enim, & squalida est,
Hinc & inde nigris distincta squamis.
Verùm extremum quidem ad angulum habitant

Prope columnas Herculis Mauritanæ gentes. Serpentibus abundat.
Post has Nomadum longè, latéque dispersæ sunt infinitæ nationes, Mauritani.
Vbi Masæsyliique, & in agris degentes Masylenses, Nomades.
Pascuntur cum liberis per continentem, & syluam
Quærentes victus miseram & fœdam venationem. Masæsylij.
Non enim terrã findentis sulcationem nouerunt aratri, Masylenses & Massyli
Illis item nunquam iucundus auditus tractus plaustri, dicti.
Neque boum mugitus ad stabulum redeuntium:
Sed passim, more ferarum, per syluas pascuntur,
Inscij spicarum, & ignari messis.
Post hos autem Carthago, Aphorum quidem, prius verò Phœnicum:
Carthago, quam fama est sub boue dimensam fuisse. Afri verè qui.
Deinceps autem Syrtis rapidè fluentem tractum voluit Carthago vrbs.
Minor. post hanc ad ortum venit alia
Immensa, amplioribus onerata gurgitibus: Syrtes.
Vbi intumescente Tyrrheno mari,
Interdum quidem inundatio excitatur, interdum verò rursus
Recessus æstus siccas currit super arenas.
Harum autem ambarum in medio vrbs stabilita est,
Quam appellant Nouam in vrbem: cuius vltra terram
Lotophagi habitant, hospitales qui sunt naturâ, Noua vrbs, seu Neapolis opp.
Quò venit olim varius instructus consiliis Vlysses.
Illam autem rursus circa regionem deserta domicilia Lotophagi populi.
Hominum videas interemptorum Nasamonum,
Quos Iouem non curantes perdidit Ausonia hasta. Nasamones populi.
Asbytæ autem post hos mediterranei sunt,
Atque delubrum Libyci Dei, arena sub multa, Asbytæ pop.
Cyrenéque bonos habens equos, Amyclæorum genus hominum. Cyrenei pop.
Iuxta autem Marmaridæ vergentes ad Ægyptum: Marmaridæ populi.

Messena regio Græciæ, Laconiæ pars, cuius oppida hæc sunt, ipsa Messena, & Pylos.

Ouid. Meta. lib. 2

— Elim, Messeniáque arua colebas.
Mittit opes, densásq́; Pylos Neleia turmas,

Stat. Theb. lib. 4.

Nondum nota Pylos, iuuenísque ætate secunda
Nestor.

Idem Achil. lib. 1.

Murorum tormenta Pylos, Messenáque tradunt.
Messenéque ferox, Patræq́; humiléſque Cleonæ,

Ouid. Meta. lib. 6.

Et Nelea Pylos, nec adhuc Pytheïa Troezen.

Oppida Patræ. Cleonæ. Troezen.

Troezen.

Ouid. Meta. lib. 15.

Est prope Pittheam tumulus Troezena sine vllis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus. Nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum cæcis inclusa cauernis
Expirare aliquà cupiens, luctatáque frustra
Liberiore frui cælo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum: ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis
Terga capri. tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longóque induruit æuo.

Fast. lib. 1.

— Altáque Troezene.

Stat. Theb. lib. 4.

— dederat necnon socer ipse regendas
Ægion, Aranénque, & quas Thesëia Troezen
Addit opes.

Reliquæ Græciæ regiones, quæ sunt extra Peloponnesum, Phocis, Ætolia, Acarnania, Epirus.

Regiones Ætolia. Acarnania. Epirus. Phocis.

Dat bello pedites Ætolus, & asper Acarnan:

Stat. Achil. lib. 1.

— frænat celeres Epirus alumnos:
Phocis, & Aoniæ iaculis rarescitis vmbræ.

Phocis

Phocis, quæ & Aonia dicitur à fonte Aonio.

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis — Ouid. Meta. lib.1.
Terra ferax, dum terra fuit: sed tempore in illo
Pars maris, & latus subitarum campus aquarum. — Phocidis descriptio.
— exciuerat omnem — Stat. Theb. lib. 7.
Aoniam, Eubœámque, & Phocidos arua propinqua.
Iámque vbi cæruleum variabant sidera cœlum, — Ouid. Fast. lib.3.
Suspice, Gorgonei colla videbis equi.
Creditur hic cæsa grauida ceruice Medusæ
Sanguine respersis prosiluisse comis.
Huic supra nubes, & supter sidera lapso
Cœlum pro terra: pro pede, penna fuit. — Aonius mōs vnde.
Iámque indignanti noua fræna receperat ore,
Cùm leuis Aonias vngula fodit aquas.
Et petere Aonia suadebant tuta sorores — Idem Trist. lib.4.
Otia, iudicio semper amata meo.
At tu, cui bibitur felicius Aonius fons, — Idem de Ponto lib.4.
Vtiliter studium quod tibi cedit, ama.

Anticyra ciuitas in Phocide.

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam — Horat. de arte poetica.
Tonsori Licino commiserit.
I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos, — De Ponto lib.4.
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.
O capita Anticyræ succis curanda meracis! — Paling. de Scorpio.

Ætoliæ, regionis Græciæ, descriptio.

Huic quoque præstantes Ætolis vrbibus affert — Stat. Theb. lib.4.
Belli fama viros: sensit scopulosa Pylene, — Oppida
Fletáq; cognatis auibus Meleagria Pleuron, — Pylene. Pleuron.
Et præceps Calydon, & quæ Ioue prouocat Idam — Calydon.
Olenos, Ionijs & fluctibus hospita portu — Olenos.

Chalcis. *Chalcis, & Herculea turpatus gymnade vultus*

Achelous fl. cum Hercule pugnās ab eo victus est. *Amnis, adhuc imis vix truncam attollere frontem*
Ausus aquis, glaucóque caput summersus in antro
Mœret, anhelantes agrescunt puluere ripæ.
Omnibus aratæ propugnant pectora crates,
Piláque sæua manu, patrius stat casside mauors.

Sil Ital. li. 15. Ætolia. *Æmathio interea tellus Ætola tumultu*
Feruebat, Macedûm subitis perculsa carinis.

Acarnania. *Proximus huic hosti dextras iungebat Acarnan.*
Causa noui motus Pœnis, regíque Philippo,

Oricos opp. *Ille & nocturnis conterruit Oricon armis.*
Quáque per Illyricum Taulantius incola littus
Exiguos habitat non vllo nomine muros,

Epiri oppid. & populi. *Turbidus incessit telis, ille æquore vectus*

Pheaces. *Nunc & Pheacum, Thesprotiáque arua lacessens*

Thesprotij. *Epirum cassis lustrabat futilis ausis.*

Anactorium. Ambracia. *Hinc & Anactoriâ signa ostentauit in ora*

Pella. *Ambraciósque sinus, Pellæáque littora bello*
Perfundit rapido. pepulit vada feruida remis

Actium promontor. *Leucata, & Phœbi vidit citus Actia templa.*

Calydon op. *—tristem Calydona Dianæ,*

Et paulò post. *Oeneásque domos, Curetica tecta subibat.*

Oppida Ætoliæ.

Calydon.

Virg. Aen. lib. 7. *—concessit in iras*
Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.

Claud. de laude Serenæ. *Herculeas vidit fluuio luctante palæstras*
Mœnibus ex altis Calydon, pretiúmque laboris
Deianira fuit. cùm pectore victor anhelo

Achelous fl. Ætoliæ. *Alcides fremeret, retróque Acheloius iret*
Decolor: attonitæ stringebant vulnera Nymphæ,

Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Venit ad Adrastum Tydeus, Calydone fugatus. Ouid. de Ponto lib. 1.
Et nondum torua Calydon inuisa Dianæ. Ouid. Met. lib. 6.
—inde orsus in ordine Tydeus
Continuat, mœsti cupiens solatia casus: Stat. Theb. lib. 1.
Monstrifera Calydonis opes, Acheloiáque arua
Deserui.

Olenos.

Olenos tectis habitata raris. Seneca in Troade.
Nascitur Oleniæ sidus pluuiale Capellæ: Ouid. Fast. lib. 5.
Illa dati cœlum præmia lactis habet.

Epirus regio Græciæ Acarnaniam & Ætoliam excipit.

—molles sua tura Sabæi, Virg. Georg. lib. 1.
At Calybes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum. Equæ Epiroticæ.
—non Chaonas, atque Molossos, Populi Chaones. Molossi. Dodonæi.
Quos Epirus alit, nec Dodonea subegit
Agmina, fatidicam frustra iactantia sortem. Claud. de bello Getico.

Populi Epiri.

Chaones.

Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit Virg. Aeneid. lib. 3.
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces, Idem Aen. lib. 3.
Littoráque Epeiri legimus, portúque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem. Buthrotum oppidum.

Molosſi, vnde magni canes appellati Molosſi.

Ouid. Met. lib. 1. *Nec contentus eo eſt: miſſi de gente Moloſſa*
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.
Claud. in Ruff. lib. 2. *Sic mons Aonius rubuit, cùm Penthea ferrent*
Mænades, aut ſubitò mutatum Actæona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo Moloſſis.
Stat. Theb. lib. 2. *—gemit inter bella peremptum*
Parthus equum, fidóſque canes fleuere Moloſſi.

Dodona ſylua Epyri.

Ouid. Triſt. lib. 4. *Hæc mihi ſi Delphos, Dodonáque diceret ipſa:*
Eſſe videretur vanus vtérque locus.
Idem Faſt. lib. 6. *Tertia nox veniet, qua tu Dodona Thyene*
Stabis Agenoreæ fronte videnda bouis.

Epiri promontoria.

Actia, & Leucate
illi vicina.

Ouid. Faſt. lib. 2. *Frondibus Actiacis comptos redimita capillos*
Pax ades: & toto mitis in orbe mane.
Claud de bello Getico. *—non obiice Pindi*
Seruati Driopes: nec nubifer Actia texit
Littora Leucatæ.
Virg. Aeneid. lib. 3. *Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis,*
Et formidatus nautis aperitur Apollo:
Hunc petimus feſſi, & paruæ ſuccedimus vrbi:
Anchora de prora iacitur: ſtant litore puppes.
Ergo inſperata tandem tellure potiti
Luſtramúrque Ioui, votíſque incendimus aras,
Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Exercent

Exercent patrias, oleo labente palæstras
Nudati socij.
Falcifero libata seni duo corpora gentes
Mittite: quæ Tuscis excipiantur aquis:
Donec in hæc venit Tyrinthius arua, quotannis:
Tristis Leucadio sacra peracta modo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites:
Herculis exemplo corpora falsa iaci.
An quia perpetuos meruit domus ista triumphos?
An quia Leucadio semper amata Deo?
Vel rapidæ flammis vrar patienter in Ætnæ:
Vel freta Leucadij mittar in alta dei.

Ouid. Fast. lib. 5.

Nam Apollini apud Actium in mari Leucadio humana hostia sacrificabatur.

Idem Trist. lib. 3.

Ceraunia vel Acroceraunia.

Idem Trist. lib. 5.

His dictis, omnes vnà fremuere manipli,
Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu.

Claud. in Ruff. lib. 2.

Cùm poteram recto transire Ceraunia velo,
Vt freta vitarem saxa, monendus eram.

Ouid. de Ponto lib. 2.

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
Vnde iter Italiam, cursúsque breuissimus vndis.

Virg. Aen. lib. 3.

—nubila nusquam,
Vndarúmque minæ: cœlo languente, fretóque
Naufragij spes omnis abest, sed nocte fugata
Læsum nube diem iubar extulit, imáque sensim
Concussit pelagi, mouitque Ceraunia nautis.

Lucan. lib. 5.

Infames scopulos Acroceraunia.

Horat. lib. 1. Carm.

Oppida Epiri.

Buthrotum.

Buthrotum oppidum.

—& celsam Buthroti ascendimus vrbem.

Virg. Aen. lib. 3.

Dyrrhachini soli descriptio.

Lucan.lib.5. *Prima duces vidit iunctis consistere castris*
Tellus, quam volucer Genusus, quam mollior Apsus
Apsus fl. *Circumeunt ripis. Apso gestare carinas*
Causa palus, leni quam fallens egerit vnda.
Genusus fl. *At Genusum nunc sole niues, nunc imbre solutæ*
Præcipitant: neuter longo se gurgite lassat,
Sed minimum terræ vicino littore nouit.
Hoc Fortuna loco tantæ duo nomina famæ
Composuit.
Idem lib.6. *Signa mouet, tectúsque via dumosa per arua*
Dyrrhachij præceps rapiendas tendit ad arces.
Hoc iter æquoreo præcepit limite Magnus,
Taulantij populi. *Quémque vocat collem Taulantius incola Petram,*
Insedit castris, Ephyreáque mœnia seruat,
Petra seu promontor. Dyrrhachij. *Defendens tutam vel solis turribus vrbem,*
Non opus hanc veterum, non moles structa tuetur,
Humanúsque labor. facilis, licet ardua tollat,
Cedere vel bellis, vel cuncta mouentibus annis:
Sed munimen habet nullo quassabile ferro,
Dyrrachij oppidi descriptio. *Naturam, sedémque loci. nam clausa profundo*
Vndique præcipiti, scopulísque vomentibus æquor,
Exiguo debet, quod non est insula, colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,
Ioniúmque furens rapido cum tollitur Austro,
Tēpla, domósque quatit, spumátque in culmina pontus.

Castella Numici vicinus locus Dyrrhachio.

Lucan.lib.6. *Opportuna tamen valli pars visa propinqui,*
Quam Numici castella vocant, & confraga densis
Arboribus dumeta tegunt.

Epidaurus.

—aut medicis filix Epidaurus arenis. Stat. Syl. li. 1.

EPIRVM EXCIPIT ILLYRICA regio, pertinens ad mare Adriaticum ad occasum: ad ortum autem, Thraciam, & Macedoniam attingens: ad Septentrionem Pannoniam.

—Post verò immensum tractum ducens Dionysius.
Illyricam circum terram voluitur vsque ad iugum,
Montésque excelsos, quos Ceraunios vocant.
Illum autem circa sinum videas insignem tumulum,
Tumulum quem Hermionæ, Cadmíque, fama dicit. Hermionæ tumulus.
Illîc enim in serpentum flexuosum genus mutati sunt,
Quando ab Ismeno opulentam post senectam migrarũt.
Vbi ipsis prodigium aliud dij fecerũt. circa nanque terrã
Illam vtrinque sita sunt duo saxa:
Quæ ambo concussa concurrunt, quando aliquod principium
Est incolis mali, quod appropinquat ipsis.
—vastator Achiua Claud. in Eutrop. lib. 2.
Gentis & Epirum nuper populatus inultam,
Possidet Illyricos. Illyricum & Epirus vicinæ regiones.
Nam procul Illyricis læua de parte relictis Ouid. Trist. lib. 1.
Interdicta mihi cernitur Italia.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda. Idem lib. 2.
Adde, quod Illyrica si iam pice nigrior essem, Idem de Pôto lib. 4.
Non mordenda mihi turba fidelis erat.

DALMATIA ILLYRICVM excipit. Eſt autem Dalmatia ad mare Adriaticum.

Pæones. Ouid. de Pōto lib. 2.

Adde triumphatos modò Pæonas, adde quieti
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.
Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis,
Cæſareum famulo vertice ferre pedem.

Claud. in Rufinum lib. 2.

—Europa cateruis
Ludibrio, prædaq́; datur, frondentis adúſque
Dalmatiæ fines: omnis quà mobile ponti
Æquor, & Hadriacas tellus interiacet vndas.

Dalmatici maris, & littoris deſcriptio.

Lucan. lib. 4. Dalmaticum mare ſcopuloſum.

Et laxas fluitare ſinit, religátque catenas
Rupis ab Illyricæ ſcopulis: nec prima, nec illa,
Quæ ſequitur, tardata ratis: ſed tertia moles
Hæſit, & ad cautes adducto fune ſecuta eſt.
Impendent caua ſaxa mari, ruituráque ſemper
Stat (mirum) moles, & ſyluis æquor inumbrat.
Huc fractas Aquilone rates, ſubmerſáque pontus
Corpora ſæpe tulit, cæcíſque abſcondit in antris:
Reſtituit raptus tectum mare, cúmque cauernæ
Euomuere fretum, contorti verticis vndæ
Taurominitanam vincunt feruore Charybdim.

Opitergini populi.

Hic Opiterginis moles onerata colonis
Conſtitit: hanc omni puppes ſtatione ſolutæ
Circumeunt: alij rupes, ac littora complent.

SVPRA

SVPRA DALMATAS, ET ILlyricos ad Septentrionem sunt Mœsi, & Isauri populi.

—qualem Stilico deiecerit hostem,
Thraces, & Æmonij poterunt, Mœsiq; fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Æmum
Tendit hyems vestire gelu, totiésque solutis
Ver niuibus viridem monti reparauit amictum,
Ex quo iam patrios gens hæc oblita Triones,
Atque Istrum transuecta semel, vestigia fixit
Threicio funesta solo: seu fata vocabant,
Seu grauis ira Deûm, seriem meditata ruinis:
Ex illo quoscúnque vagos impegit Erinnys,
Grandinis, aut morbi ritu per deuia rerum
Præcipites, per claustra ruunt: nec contigit vllis
Amnibus, aut scopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Æmus
Odrysiis. facili contemnunt Strymona saltu,
Et frustra rapidum damnant Alyacmona Bessi.

Claud. de bello Getico.

Gothi in Mœsiam irrupere ante Honorium Imperatorem.

LIBVRNIA DALMATIÆ CONtigua est versus occasum ad mare Adriaticum, & vltima Europæ regio Italiam attingens.

Inde autem ad Auroram conuersum circumuoluitur salum,
Littora subradens Liburnica, circúmque firmam
Hylleorum terram omnem quæcunque adiacet Isthmo,

Dionysius.

Hyllei popl

Bulimei pop. *Bulimeorúmque littora.—*

Virg. Aen. lib. 1. *Antenor potuit mediis elapsus Achiuis*
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Timauus fl. *Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui:*
Liburniorum. *Unde per ora nouem vasto cum murmure montis*
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.

Aquileia Liburnorum oppidum.

Hyrij. *Dionysius.* *Gentésque Iapigum extenta vsque ad Hyrium*
Maritimam, vbi trahitur Adrium salum
Mare in finitimum Aquileense: vbi condita est
Vrbs Tegestræorum, intimis in finibus maris.
Tot quidem Ausoniam circundepascuntur terram.
Auson. de Claris vrbibus. *Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti*
Nona inter claras Aquileia cieberis vrbes.
Itala ad Illyricos obiecta colonia montes,
Mœnibus & portu celeberrima: sed magis illud
Eminet, extremo quod te sub tempore legit,
Solueret exacto cui iusta piacula lustro
Maximus, armigeri quondam sub nomine lixa.
Felix quæ tanti spectatrix læta triumphi
Rutupini populi. *Punisti Ausonio Rutupinum Marte latronem.*

EVROPÆ FINIS.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE POETICÆ LIBER SECVNDVS QVI EST DE AFRICA.

Summaria Africæ descriptio.

Sed certè Libya quidem ab Europa habet terminum Dionysius.
Obliquum in lineis, Gades, & ostia Nili. Nilus.
Vbi maximè Borealis est recessus Aegypti, Ægyptus.
Et fanum percelebre Amyclæi Canopi. Canopus.
Exciuit Libycæ gentis, extremáque mundi Lucan. lib. 4.
Signa suum comitata Iubam. non fusior vlli
Terra fuit domino. quà sunt longissima regna,
Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas Atla mons.
Terminat: à medio, confinis Syrtibus Ammon. Ammon op. Syrtes.
At quà lata iacet vasti plaga feruida regni,
Distinet Oceanum, Zonaq́ exusta calentis
Sufficiunt spatio. populi tot castra sequuntur, Autololes populi.
Autololes, Numidæq́ vagi, sémperque paratus Numidæ populi.
Inculto Getulus equo: tum concolor Indo Getuli pop.
Maurus, inops Nasamon: misti Garamante perusto Mauri pop.
Marmaridæ volucres, æquatur úsque sagittas Garamantes populi.
Medorum, tremulum cùm torsit missile, Mazax: Marmaridæ populi.
Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso Mazaces populi.
Ora leui flectit frænorum nescia virga: Nasamones populi.
Et solitus vacuis errare mapalibus Afer Massyli qui & Massæsyli dicuntur.
Venator, ferrique simul fiducia non est,
Vestibus iratos laxis operire Leones.

Idem lib.9. *Tertia pars rerum Libyæ, si credere famæ*
Cuncta velis: at si ventos, cœlúmque sequaris,
Africa verù tertia pars orbis. *Pars erit Europæ. Nec enim plus litora Nili,*
Quàm Scythicus Tanais primus à Gadibus absunt,
Vnde Europa fugit Libyen, & litora flexu
Oceano fecere locum: sed maior in vnam
Ex Asia qui venti flent. *Orbis abit Asiam. Nam cùm communiter istæ*
Effundunt Zephyrum, Boreæ latus illa sinistrum
Contingens, dextrúmque Noti descendit in ortus,
Eurum sola tenens. Libyæ quod fertile terræ est,
Vergit in occasus: sed & hæc non fontibus vllis
Soluitur: Arctoos raris Aquilonibus imbres
Africa siticulosa regio. *Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.*
In nullas vitiatur opes, non ære, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine, pura
Sed penitus terra est: tantum Maurusia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat vsum:
Citrinum malum in Africa. *Sed citri contenta comis viuebat, & vmbra.*
In nemus ignotum nostræ venere secures:
Extremóque epulas, mensásque petiuimus orbe.

Africæ generalis descriptio.

Dionysius. *Libya quidem extenta ad Austrum serpit,*
Ad Austrum, & ortum, mensulæ formæ similis:
Orsa primùm à Gadibus, vbi quidem extrema
In secessum acuminata porrigitur Oceani:
Pop. Africæ. *Limitem verò Arabicum terminat prope mare*
Æthiopes. *Latiorem, vbi terra nigrorum Æthiopum*
Erembi. *Alterorum, quos iuxta porrigitur solum Eremborum.*
Pelli pātherinæ autem ipsam homines perhibent similē.
Arida enim, & squalida est,
Hinc & inde nigris distincta squamis.
Verùm extremum quidem ad angulum habitant

Prope columnas Herculis Mauritanæ gentes. Serpentibus abundat.
Post has Nomadum longè, latéque dispersæ sunt infinitæ nationes, Mauritani.
Vbi Masæsyliique, & in agris degentes Masylenses, Nomades.
Pascuntur cum liberis per continentem, & syluam
Quærentes victus miseram & fœdam venationem. Masæsylij.
Non enim terram findentis sulcationem nouerunt aratri, Masylenses & Massyli
Illis item nunquam iucundus auditus tractus plaustri, dicti.
Neque boum mugitus ad stabulum redeuntium:
Sed passim, more ferarum, per syluas pascuntur,
Inscij spicarum, & ignari messis.
Post hos autem Carthago, Aphorum quidem, prius verò Phœnicum:
Carthago, quam fama est sub boue dimensam fuisse. Afri verè qui. Carthago vrbs.
Deinceps autem Syrtis rapidè fluentem tractum voluit
Minor. post hanc ad ortum venit alia
Immensa, amplioribus onerata gurgitibus: Syrtes.
Vbi intumescente Tyrrheno mari,
Interdum quidem inundatio excitatur, interdum verò rursus
Recessus æstus siccas currit super arenas.
Harum autem ambarum in medio vrbs stabilita est,
Quam appellant Nouam in vrbem: cuius vltra terram
Lotophagi habitant, hospitales qui sunt naturâ, Noua vrbs, seu Neapolis opp.
Quò venit olim varius instructus consiliis Vlysses.
Illam autem rursus circa regionem deserta domicilia Lotophagi populi.
Hominum videas interemptorum Nasamonum,
Quos Iouem non curantes perdidit Ausonia hasta. Nasamones populi.
Asbytæ autem post hos mediterranei sunt,
Atque delubrum Libyci Dei, arena sub multa, Asbytæ pop.
Cyrenéque bonos habens equos, Amyclæorum genus hominum. Cyrenei pop.
Iuxta autem Marmaridæ vergentes ad Ægyptum: Marmaridæ populi.

Nigritæ po. *Gætuli item desuper, & vicini Nigretes.*
Getuli pop. *Deinceps verò post hos Phaurusii: quorum supra terram*
Phaurusij populi. *Habitant Garamantes innumeri. in secessibus autem*
Garamantes populi. *Pascuntur continentis omnium extremi Æthiopes*
Æthiopes populi. *Ipsum ad Oceanum, prope loca amœna Cernæ.*
Cerna opp. *Quos ante perustorum Blemyum eminent iuga,*
Blemyi vel Blemmyæ populi. *Unde pinguissimi descendunt aquæ Nili,*
Qui quidem è Libya ortum versus spatiosus serpens,
Nilus fl. dictus Sirij. *Siris ab Æthiopibus vocatur: at Syenes*
Incolæ conuersò mutarunt nomen Nilum.
Illinc verò in boream extensus alibi aliis
Septem per ostia solutus in mare delabitur,
Ægyptij po. *Aquis pingue faciens fertile solum Ægypti.*
Alij item plurimi hanc terram incolunt:
Alij quidē ad Oceanū: alij verò continētes per medias:
Tritonis palus. *At alij circum lata Titonidis aquas paludis,*
Quæ quidem media Libyæ circunuoluit latum sinum.
Talis certè Libyæ forma, & figura est.
Europa ad Septentrionem sita, Africa ad Meridiem. *Quòd si etiam Europæ desideres formam, non te celabo.*
Idem sanè Libyæ situs est, verum ad septentriones
Versa est: & talis ad orientem rursus serpit,
Qualis etiam australem Libyæ ad limitem tendit.
Ambæ autē æquale habēt ad Asiam vltimū vestigium:
Hæc quidē ad boreā, illa verò ad austrū, quòd si feceris
Ex his ambabus terram vnam, certè in vniuersum
Figura fuerit coni, lateribus æqualis ambobus:
Acuta quidem, occidua: lata verò ortum sub medium.
Idcirco mihi talem conspicatus tractum ambarum
Continentium, facile fines inueniens Europæ.
Sil. Ital. lib. 3. *Prodito Calliope famæ, quos horrida cœpta*
Excierint populos, tulerintque in regna Latini.
Ausa sibi Libye rerum deposcere frenos,
Et terris mutare iugum, non vlla nec vnquam

Sæuior it trucibus tempestas acta procellis.
Princeps signa tulit Tyria Carthagine pubes, Oppida Africæ.
Membra leuis, celsiq; decus fraudata superbum Carthago.
Corporis, ac docilis fallendi, & nectere tectos
Nunquam tarda dolos: rudis his tunc parma, breuique
Bellabant ense, ac vestigia nuda, sinúsque
Cingere inassuetum, & rubræ velamine vestis
Ars erat in pugna fusum occuluisse cruorem.
His rector fulgens ostro super altior omnes
Germanus nitet Annibalis, gratóque tumultu
Mago quatit currus, & fratrem spirat in armis.
Proxima Sydoniis Vtica est effusa maniplis Vtica opp.
Prisca situ, veterísque ante arces condita Byrsæ. Byrsa Carthago dicta.
Tunc quæ Sicanio præcinxit littora muro
In clypei speciem curuatis turribus Aspis, Aspis opp.
Sed dux in sese conuerterat ora Sichæus
Hasdrubalis próles, cui vano corda tumore
Maternum implebat genus, & resonare superbo
Hannibal haud vnquam cessabat auunculus ore.
Affuit vndosa cretus Berenicide miles, Berenice opp.
Nec tereti dextras in pugnam armata dolone
Destituit Barce sitientibus arida venis: Barce opp.
Necnon Cyrene Pelopei stirpe nepotis Cyrene opp.
Battiadas prauos fidei stimulauit in arma,
Quos trahit antiquo laudatus Amilcare quondam
Consilio viridis, sed bello serus Ilertes.
Tabraca tum Tyrium vulgus, Saranáque Leptis, Tabraca. Leptis.
Æáque Trinacrios Afris permixta colonos, Æa.
Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus, Tingis. Lixus.
Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo, Vaga. Hippo.
Quæq; procul cernit non æquos Ruspina fluctus, Ruspina.
Et Zama, & vberior Rutulorum sanguine Tapsus, Zama. Tapsus.
Ducit tot populos ingens, & corpore, & armis

Herculeam factis seruans à nomine famam
Anthaus, celsúmque caput super agmina tollit.
Populi Africæ, Æthiopes. Magnes in Africa. *Venere Æthiopes, gens haud incognita Nilo,*
Qui Magneta secant, solis honor ille metallis
Intactum Chalybem vicino ducere saxo.
His simul immitem testantes corpore Solem
Mibæ pop. *Exusto venere Miba, non area cassis,*
Nec lorica riget ferro, nec tenditur arcus:
Tempora multiplici mos est defendere lino,
Et lino munire latus, sceleratáque succis
Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.
Tum primùm castris Phœnicum tendere ritu
Ciniphij. *Ciniphij didicere Maca. squalentia barba*
Macæ pop. *Ora viris, humeró sque tegunt velamina capri*
Setigeri, pandâ manus est armata cateia:
Versicolor contra cetra, & falcatus ab arte
Adyrmachidæ populi. *Ensis Adyrmachida, ac læuo tegmina crure.*
Sed mensis asper populus, victúque maligno,
Nam calida tristes epula torrentur arena.
Massili pop. *Quin & Massili fulgentia signa tulere*
Hesperidum veniens lucis domus vltima terra.
Præfuit intortos demissus vertice crines
Bocchus atrox, qui sacratas in littore syluas,
Atque inter frondes reuirescere viderat aurum.
Vos quoque desertis in castra mapalibus itis
Getuli pop. *Misceri gregibus Getuli assueta ferarum,*
Indomitisque loqui, & sedare leonibus iras:
Nulla domus: plaustris habitant: migrare per arua
Mos, atque errantes circumuectare penates:
His mille alipedes turma, velocior Euris,
Et doctus virga sonipes in castra ruebat.
Ceu pernix cùm densa vagis latratibus implet
Venator Dumeta Lacon, aut exigit Vmber

Nare sagax è calle feras, perterrita latè
Agmina præcipitant volucres formidine cerui:
Hos agit haud læto vultu, ne fronte serena
Hasbytes cæsa nuper germanus Acheras.
Marmaridæ, medicum vulgus strepuere cateruis: Marmaridæ populi.
Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere ceraste.
Tum chalybis pauper Bamuræ cruda iuuentus, Bamuræ po,
Contenti parca durasse hastilia flamma,
Miscebant auidi trucibus fera murmura linguis.
Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis, Autololes populi.
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis,
Tanta fuga est, certant pennæ, campúmque volatu
Cùm rapuêre, pedum frustra vestigia quæras.
Spectati castris, quo succo nobilis arbor,
Et dulci pascit Lotos nimis hospita bacca. Lotophagi populi.
Quíque atro rapidas efferuescente veneno
Dypsadas immensis horrent Garamantes arenis. Garamantes populi Serpentibus abundant.
Fama docet cæsa rapuit cùm Gorgonis ora
Perseus, in Libya dirum fluxisse cruorem,
Inde Medusæis terram exundasse Chelydris.
Milibus his ductor spectatus marte Choaspes
Neritia Meninge satus, cui tragula semper
Fulmineam armabat, celebratum missile, dextram.
Hinc coit æquoreus Nasamon inuadere fluctu Nasamones populi.
Audax naufragia, & prædas auellere ponto.
Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis, Tritonidis palus.
Quà virgo (vt fama est) bellatrix edita lympha
Inuento primam Libyen perfudit oliuo.
Æstifero Libye torquetur subdita Cancro, Sil. Ital. li. I.
Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia terris.
Terminus huic roseus amnis Lageus adortus Africa verũ tertia pars orbis,
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum.

At quà diuersas clementiòr aspicit Arctos
Herculeo dirimente freto, diducta propinquis
Europes videt arua iugis: vltra obsidet æquor:
Atlas mons. *Nec patitur nomen proferri longius Atlas,*
Atlas subducto tracturus vertice cælum.
Sidera nubiferum fulcit caput, ætheriásque
Erigit æternum compages ardua ceruix:
Canet barba gelu, frontémque immanibus vmbris
Pinea sylua premit, vastant caua tempora venti,
Nimbosóque ruunt spumantia flumina rictu.
Tum geminæ laterum fauces maria alta fatigant:
Atque vbi fessus equos Titan immersit anhelos,
Africæ quæ pars maximè obnoxia serpentibus. *Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.*
Sed quà se campis squalentibus Africa tendit
Serpentum largo coquitur fœcunda veneno.
Africa fertilis. *Felix quà pingues mitis plaga temperat agros,*
Farris. *Nec Cerere Ennæa, Phario nec victa colono.*
Claud. de laudibus Stil. lib. 1. *— & ne qua tuis intacta tropæis*
Pars foret, Australis sonuit tuba, mouerat omnes
Maurorum Gildo populos, quibus imminet Atlas,
Et quos interior nimio plaga Sole relegat:
Cynipij pop. *Quos vagus humectat Cynips, & proximus hortis*
Triton pal. Gir fl. *Hesperidum Triton, & Gir notissimus amnis*
Æthiopum, simili mentitus gurgite Nilum.
Venerat & paruis redimitus Iuba sagittis,
Et velox Garamas: nec quamuis tristibus Ammon
Nasomones populi. *Responsis alacrem potuit Nasamona morari.*
Numidæ po. *Stipantur Numidæ campis, stant puluere Syrtes*
Syrtes. *Gætulæ: Pœnis iaculis obtexitur aer.*
Gætuli pop. *Hi virga moderantur equos, his sylua leones*
Velamenta dabant, ignotarúmque ferarum
Meroë. *Exuuiæ, vastis Meroe quas nutrit arenis.*
Serpentum gestant patulos pro casside rictus:

Splen-

Splendent viperea squamosa pelle pharetra.

MAVRITANIA PRIMA regio Africæ.

—cui nunc Maurisia pictis Virgil. Aeneid.lib.4.
Gens epulata toris Lenæum libat honorem.

Atlas mons.

Atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat, Ouid.Meta lib.2.
Vixq; suis humeris candentem sustinet axem.
—Electram maximus Atlas Virgil.lib.8 Aeneidos.
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
At Maiam (auditis si quidquam credimus) Atlas, Idem paulò pòst.
Idem Atlas generat, cœli qui sidera torquet.
—& turbida tranat Idē Aenei lib.4.
Nubila, iámque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit,
Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulsatur, & imbri:
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
—quod Nilus, & Atlas Claudianus de bello Gildonico.
Dissidet, occiduis quod Gadibus arida Barce, Barce.
Quódque Parætonio secedit litore Ganges,
Hoc sibi transcribit proprium pars tertia mundi
Unius prædonis ager.
—nec pinifer Atlas Ausonius Edyll.5.
Amphitryoniadem puerum: sed blandus vterque
Mitibus alloquij teneros mulcebat alumnos.
Non demum cœli qui pondera sustinet Atlas Palin.Gemini.

Palin. in Virgine. *Stelliferúmque humero cœlum qui fulcit Atlanta*
Mutatum saxo.

Idē in Gemi. *Sensit & Antæus sublatus in aëra vires*
Herculeas: raptórque boum Vulcania proles:
Hic demum fesso potuit succurrere Atlanti
Grandibus astra tenens humeris, axémque labantem.

Calpe promontorium Africæ in Mauritania.

Atque hominum finem Gades, Calpémq; secutus,
Sil. lib. 1. *Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis*
Occumbit sæuo Tyrius certamine ductor.

GÆTVLI POPVLI AFRICÆ.

Claudianus de consulatu Mallij Theodori. *Obuia fulminei properent ad vulnera pardi*
Semine permisto geniti, cùm forte leænæ
Nobiliorem vterum viridis corrupit adulter.
Hi maculis patres referunt, & robore matres.
Quicquid monstriferis nutrit Gætulia campis.
Pensabam Pharium Gætulis messibus annum.
Frugiferas certare rates, latéque videbam
Punica Niliacis concurrere carbasa velis.
Ouid. Fast. lib. 2. *Non aliter quàm cùm Libyca de gente leones*
Inuadunt sparsos lata per arua greges.

AFRICA, QVÆ PROPRIE dicta, Mauritaniam sequitur, & est maritima regio, vulgò Antæi regnum dictum.

Lucan. lib. 4. *NOndum post genitos tellus effeta gigantes,*
Terribilem Libycis partum concepit in antris.
Nec

Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut Tityos, Briareúsque ferox: cœlóque pepercit,
Quòd non Phlegræis Antæum sustulit aruis. Antæus.
Hoc quoque tam vastas cumulauit munere vires
Terra sui fetus, quòd cùm tetigere parentem
Iam defecta vigent renouato robore membra.
Hæc illi spelunca domus: latuisse subalta
Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones.
Ad somnos non terga feræ præbere cubile
Assuerunt, non sylua torum: viréſque resumit
In nuda tellure iacens. Periere coloni
Aruorum Libyes: pereunt, quos appulit æquor.
Auxilióque diu virtus non vsa cadendi
Terræ spernit opes: inuictus robore cunctis,
Quamuis staret, erat. tandem vulgata cruenti
Fama mali terras monstris, æquórque leuantem
Magnanimum Alcidem Libycas exciuit in oras.
Ille Cleonei proiecit terga leonis,
Antæus Libyci: perfudit membra liquore Duellũ Antæi & Herculis in Libya.
Hospes Olympiacæ seruato more Palæstræ.
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conseruere manus, & multo brachia nexu,
Colla diu grauibus frustra tentata lacertis,
Immotúmque caput fixa cum fronte tenetur:
Mirantúrque habuisse parem. Nec viribus vti
Alcides primo voluit certamine totis,
Exhausitq; virum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.
Tunc ceruix lassata quati: tunc pectore pectus
Vrgeri: tunc obliquâ percussa labare
Crura manu iam terga viri cedentia victor
Alligat, & medium compressis ilibus arctat:

Inguináque insertis pedibus distendit, & omnem
Explicuit per membra virum: rapit arida tellus
Sudorem: calido complentur sanguine venæ.
Intumuere tori, totósque induruit artus,
Herculeósque nouo laxauit corpore nodos.
Constitit Alcides stupefactus robore tanto:
Nec sic Inachiis, quanuis rudis esset, in vndis
Desectam timuit reparatis anguibus hydram.
Conflixere pares, telluris viribus ille,
Ille suis: nunquam sæuæ sperare nouercæ
Plus licuit, videt exhaustos sudoribus artus,
Ceruicémque viri siccam, qua ferret olympum.
Vtque iterum fessis iniecit brachia membris,
Non expectatis Antæus viribus hostis,
Sponte cadit, maiórque accepto robore surgit.
Quisquis inest terris, in fessos spiritus artus
Egeritur: tellúsque viro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ prodesse parentis
Alcides sensit: standum est tibi, dixit, & vltrà
Non credere solo, sternique vetabere terra:
Hærebis pressis intra mea pectora membris:
Huc Antæe cades. sic fatus sustulit altè
Nitentem in terras iuuenem. Morientis in artus
Non potuit nati Tellus summittere vires.
Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu, terrísque diu non credidit hostem,
Hinc æui veteris custos famosa vetustas,
Miratrixq́, sui signauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus istis
Pœnum qui Latiis reuocauit ab arcibus hostem
Castra Scipionis. *Scipio Nam sedes Libyca tellure potito*
Hæc fuit, en veteris cernis vestigia valli.
Romana hos primùm tenuit victoria campos.

Desessi

Defessi Æneadæ, quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atque hinc vastæ rupes geminíque minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent: tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentíque atrum nemus imminet vmbra;
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, viuóque sedilia saxo,
Nympharum domus. hic fessas non vincula naues
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu.

Virgil Æneid. lib. 1. Insula ante Carthaginē.

Carthago metropolis Africæ propriè dictæ.

Prima vrbes inter diuûm domus aurea Roma.
Cònstantinopoli assurgit Carthago priori.
Accusat Carthago Deos iam plena pudoris,
Nunc quoque si cedat, Romam vix passa priorem.
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.

Ausonius de claris vrbibus.

—ideóne tot annos
Flebile cum tumida bellum Carthagine gessi?
Iccirco voluit contenta luce reuerti
Regulus? hæc damnis genitor Cannensibus emi?

Claud. de bello Gildonico.

O magna Carthago probrosis
Altior Italiæ ruinis.

Horat. lib. 3. Carminum.

Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni
Carthago, Italiam contra, Tyberináque longè
Ostia, diues opum, studiísque asperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo. hîc illius arma,
Hîc currus fuit: hoc regnum dea gentibus esse,
Si quà fata sinant, iam tum tendítque, fouétque.

Virgil. Æneid. lib. 1.

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.

Templum Dei Beli in media Carthagine situm, cuius descriptio hæc est.

Sil. Ital. li. 1. *Urbe fuit media sacrum genitricis Elisæ*
Manibus, & patria Tyriis formidine cultum,
Quod taxi circum, & piceæ squalentibus umbris
Abdiderant, cœliq; arcebant lumine, templum.
Hoc sese (ut perhibent) curis mortalibus olim
Exuerat regina loco: stant marmore mœstæ
Effigies, Belúsque parens, omnísque nepotum
A Belo series: stat gloria gentis Agenor,
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix:
Ipsa sedet tandem æternum coniuncta Sichæo:
Ante pedes ensis Phrygius iacet: ordine centum
Stant aræ cœlique deis, Herebóque potenti.
Hîc crine effuso, atque Ennææ numina diuæ,
Atque Acheronta vocat stygia cum veste sacerdos.
Immugit tellus, rumpitque horrenda per umbras
Sibila: in accensis flagrant altaribus ignes.
Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti, vultus in marmore sudat Elisæ.

Carthaginensium sacra.

Idem lib. 4. *Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido*
Poscere cæde deos veniam, ac flagrantibus aris
(Infandum dictu) paruos imponere natos.
Urna reducebat miserandos annua casus,
Sacra Thoanteæ, ritúsque imitata Dianæ.
Cui fato sortíque deûm de more petebat
Hannibalis prolem discors antiquitus Hanno.

Carthago

Carthago in Africa, dicta vrbs Agenoris.

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram, Virginum Carthagin. mos.
Purpureóque altè suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem: Virgil. Aeneid. lib. 1.
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyriâ gerit vrbe profecta.

Bragada fluuius Africæ.

Inter semirutas magnæ Carthagines arces, Luc. lib. 4.
Et Clupeam, tenuit stationis littora nota. Clupea opp.
Primáque castra locat cano procul æquore, quà se
Bragada lentus agit siccæ sulcator arenæ.
Inde petit tumulos, exesásque vndique rupes,
Antæi quæ regna vocat non vana vetustas.
Nominis antiqui cupientem noscere causas,
Cognita per multos docuit rudis incola patres.

BARCEA REGIO MEDITERRANEA, vicina Africæ, quæ propriè dicta est.

NEc venit in mentem quorum consederis aruis? Virgil. Aeneid. lib. 4.
Hinc Getulæ vrbes, genus insuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, latéque furentes
Barcæi.

— quod Nilus, & Atlas
Dissidet, occiduis quod Gadibus arida Barce. Claud. de bello Gildonico.

M

MASSYLI MEDITERRANEI qui & Masæsyli Africæ generaliter dictæ populi excipiunt Barceã regionem ad æquatorem pergentibus.

Virgil. Aeneid.lib.4. *Massylique ruunt equites, & odora canum vis.*
Idem Aeneid.lib.4. *Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,*
Hesperidum templi custos, epulásque draconi
Massyli diuini. *Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,*
Spargens humida mella, soporiferúmque papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit, ast alijs duras immittere curas.
Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retro:
Nocturnósque ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

NVMIDÆ SEV NOMADES populi mediterranei vlteriores Massylis, si quis ad æquatorem pergat.

Palin. in Leone. *— quos Circinus vrit*
Æthiopas, primóque Indos sub Sole iacentes:
Gætulos, Nomadásque agiles, Cilicásque rapaces.
Virgil. lib.3. Georg. *Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu*
Persequar? & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem, noctémque, & totum ex ordine mensem
Pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitijs: tantum campi iacet: omnia secum

Armen-

Armentarius Afer agit, tectúmque, larémque,
Armáq; Amycleúmq; canem, Cressámq; pharetram.
Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam cùm carpit, & hosti
Ante exspectatum positis stat in agmine castris.

NASAMONES POPVLI maritimi vicini Afris propriè dictis.

—sic cum toto commercia mundo Lucan.lib.9.
Naufragijs Nasamones habent. hac ire Catonem
Dura iubet virtus: illic secura iuuentus
Ventorum, nullásque timens tellure procellas,
Æquoreos est passa metus. Nam litore sicco,
Quàm pelago, Syrtis violentius excipit Austrum;
Et terræ magis ille nocens: non montibus ortum Tēpestas metuenda in arenis Nasamonū.
Aduersis frangit Libyæ scopulísque repulsum
Dissipat, & liquidas se turbine soluit in auras:
Nec ruit in syluas, annosáque robora torquens
Lassatur. patet omne solum, libérque meatu
Æoliam rabiem totis exercet arenis:
Et non imbriferam contorto puluere nubem
In flexum violentus agit: pars plurima terræ
Tollitur, & nunquam resoluto vertice pendet.
Regna videt pauper Nasamon errantia vento,
Discussásque domos volitántque à culmine rapta
Detecto Garamante casæ. non altius ignis
Rapta vehit: quantúmque licet consurgere fumo;
Et violare diem, tantum tenet aëra puluis.

LIBYA MARITIMA REGIO Africæ, excipit Africam, quæ specialiter appellatur. Hæc Libya alio nomine Cyrenaica regio dicitur.

Claud. de bello Gildonico.

—felicior illa perusta
Pars Libyæ, nimio quæ se munita calore
Defendit, tantique vacat secura tyranni.
Crescat Zona rubens, medius flagrantis olympi
Me quoque limes agat, melius deserta iacebo
Vomeris impatiens: pulsis dominentur aratris,
Dipsades, & sitiens attolat gleba cerastas.

Luc lib. 9.

— Iam spissior ignis
Et plaga, qua nullam superi mortalibus vltra
A medio fecere die, calcatur: & vnda
Rarior, inuentus medijs fons vnus arenis
Largus aqua, sed quem serpentum turba tenebat
Vix capiente loco. stabant in margine siccæ
Aspides, in mediis sitiebant Dipsades vndis.
Ductor vt aspexit perituros fonte relicto,
Alloquitur: Vana specie conterrite lethi
Ne dubita miles tutos haurire liquores:
Noxia serpentum est admisto sanguine pestis:
Morsu virus habent, & fatum in dente minantur:
Pocula morte carent dixit, dubiúmque venenum
Hausit: & in tota Libyes fons vnus arena.
Ille fuit, de quo primus sibi posceret vndam.
Cur Libycus tantis exundet pestibus aer
Fertilis in mortes, aut quid secreta nocenti
Miscuerit natura solo, non cura, labórque
Noster scire valet: nisi quod vulgata per orbem

Libya serpentum feracissima & cur.

Fabula

Fabula pro verâ decepit sæcula causâ.
Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus
Accipit Oceanum demisso sole calentem,
Squalebant latè Phorcynidos arua Medusæ,
Non nemorum protecta coma, non mollia sulco,
Sed dominæ vultu conspectis aspera saxis.
Hoc primùm natura nocens in corpore sæuas
Eduxit pestes: illis è faucibus angues
Stridula fuderunt vibratis sibila linguis,
Fœmineæ qui more comæ per terga soluti,
Ipsa flagellabant gaudentis colla Medusæ.
Surgunt aduersâ subrectæ fronte colubræ,
Vipereúmque fluit depexo crine venenum.
Hoc habet infelix cunctis impunè Medusa, Medusam si quis rectis oculis intueretur non lædebatur.
Quòd spectare licet. nam rictus, oráque monstri
Quis timuit? quem, qui recto se lumine vidit,
Passa Medusa mori est? rapuit dubitantia fata,
Præuenítque metus: animæ periere retentæ
Membra, nec emissæ riguere sub ossibus vmbræ.
Eumenidum crines solos mouere furores:
Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu.
Amphitryoniades vidit, cùm vinceret Hydram,
Hoc monstrum, timuit genitor numénque secundum
Phorcus aquis, Cetóque parens, ipsæque sorores
Gorgones: hoc potuit cœlo, pelagóque minari
Torporem insolitum, mundóque abducere terram:
E cœlo volucres subito cum pondere lapsæ:
In scopulis hæsere feræ: vicinia colentes
Æthiopum totæ riguerunt marmore gentes. Perseus occidit Medusam.
Aliger in cœlum sic rapta Gorgone fugit. Idem paulò pòst.
Ille quidem pensabat iter, propriúsque secabat
Æthera. si medias Europæ ascenderet vrbes,
Pallas frugiferas iussit non lædere terras,

Et parci populis. Quis enim non præpete tanto
Æthera respiceret? Zephyro conuertitur ales,
Itq; super Libyen, quæ nullo consita cultu,
Sideribus, Phœbóque vacat. premit orbita Solis,
Exurítque solum: nec terra celsior vlla
Nox cadit in cœlum, lunæq; meatibus obstat.
Sic flexus oblita vagi per recta cucurrit
Signa, nec in Boream, aut in Noton effugit vmbram.
Illa tamen sterilis tellus, fœcundáque nulli
Arua bono, virus stillantis tabe Medusæ
Concipiunt, dirósque fero de sanguine rores,
Quos calor adiuuit putríque incoxit arena.
Hic quæ prima caput mouit de puluere tabes,
Aspida somniferam tumida ceruice leuauit.
Plenior huic sanguis, & crassi gutta veneni

Nomina variorũ serpentum qui nascuntur in Libya.

Decidit: in nulla plus est serpente coactum.
Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem
Sponte sua, Nilóque tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libycæ mortes, & fecimus aspida merces.
At non stare suum miseris passura cruorem,
Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes:
Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua
Chersydros, tractíque viâ fumante Chelydri:
Et semper recto lapsurus lumine Cenchris.
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum,
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus Ophites.
Concolor exustis, atque indiscretus arenis
Ammodytes: spináque vagi torquente Cerastæ:
Et Scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
Exuuias positura suas: & torrida Dipsas,
Et grauis in geminum vergens caput Amphisbæna:
Et Natrix violator aquæ, iaculíque volucres,

Et contentus iter cauda sulcare Phareas:
Oráque distendens auidus spumantia Præster:
Ossáque dissoluens cum corpore tabificus Seps.
Sibiláque effundens cunctas terrentia pestes,
Ante venena nocens, latè sibi submouet omne
Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena.
Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones,
Pestiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aëra cum pennis, armentáque tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.
Nec tutus spatio est Elephas: datis omnia letho:
Nec vobis opus est ad noxia fata venena.
— quàm si Libyam remotis Horat. carm. lib.2.
Gadibus iungas: & vterque Pœnus
Seruiat vni.
Squalet inops pecudum nullis habitata colonis, Claud. in Rufinum lib.2.
Instar anhelantis Libyæ, quæ torrida semper
Solibus humano nescit mansuescere cultu.
At quæcunque vagam Syrtim complectitur ora Luc. lib.9.
Sub nimio porrecta die, vicina perusti
Ætheris exurit messes, & puluere Bacchum
Enecat, & nulla putris radice tenetur.
Temperies vitalis abest: & nulla sub illa
Cura Iouis terra est: Natura deside torpet
Orbis, & immotis annum non sentit arenis.
Hoc tam segne solum raras tamen exerit herbas,
Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit. nam litoreis populator arenis
Imminet: & nulla portus tangente carina,
Nouit opes.

Cyrene metropolis Libyæ, seu Cyrenaicæ regionis.

Primùm litoreis miles lassatur arenis:
Proximus in muros, & mœnia Cyrenarum
Est labor: exclusus nullâ se vindicat ira:
Iubæ regnũ. *Pœnáque deuictis sola est vicisse Catonem.*
Inde peti placuit Libyci contermina Mauris
Regna Iubæ, sed iter medijs natura vetabat
Syrtibus: has audax sperat sibi cedere virtus.
Syrtes. *Syrtes vel primam mundo natura figuram*
Cùm daret, in dubio pelagi, terræque reliquit.
Nam neque subsedit penitus quò stagna profundi
Acciperet, nec defendit ab æquore tellus:
Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes.
Æquora fracta vadis, abruptáque terra profundo,
Et post multa sonant proiecti litora fluctus.
Sic malè deseruit, nullósque exegit in vsus
Hanc partem natura sui. Vel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitúsque natabat:
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens,
Æquora subduxit Zonæ vicina perustæ:
Et nunc pontus adhuc Phœbo siccante repugnat.
Mox vbi damnosum radios admouerit æuum,
Tellus Syrtis erit: nam iam breuis vnda supernè
Innatat, & latè periturum deficit æquor.

Tabraca oppidum Libyæ.

Claud. in Eutro. lib. I. *Ille quidem meritas soluit, scit Tabraca, pœnas.*

Hesperidum horti in Libya, siue in Cyrenaica regione.

Luc. lib. 9. *Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis*
Infernis, vt fama, trahens obliuia venis:

Atque insomniti quondam tutela draconis,
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.
Inuidus, annoso qui famam derogat æuo,
Qui Vates ad vera vocat. fuit aurea sylua,
Diuitiísque grauis, & fuluo germine rami,
Virgineúsque chorus nitidi custodia luci,
Et nunquam somno damnatus lumina serpens,
Robora complexus rutilo curuata metallo.
Abstulit arboribus pretium, nemoríque laborem
Alcides: passúsque inopes sine pondere ramos
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulsa locis, eiectáque classis
Syrtibus, haud vltrà Garamantidas attigit vndas.
Aureáque Hesperidum seruans fulgentia mâla,
Asper, acerba tuens, immani corpore serpens, *Lucret. lib. 5.*
Arboris amplexus stirpem.
Hîc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos *Virg. lib. 4.*
Hesperidum templi custos, epulásque Draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos
Spargens humida mella, soporiferúmque papauer.

Tritonis palus.

Torpentem Tritonos adit illæsa paludem. *Lucan. lib. 9.*
Hanc, vt fama, deus, quem toto litore pontus
Audit ventosâ perflantem murmura concha,
Hanc & Pallas amat: patrióque è vertice nata
Terrarum primam Libyen (nam proxima cœlo est,
Vt probat ipse calor) tetigit: stagníque quietâ
Vultus vidit aqua, posuítque in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab vnda.

Syrtes duæ promontoria Cyrenaicæ regionis.

Barbaras Syrtes, vbi Maura semper *Horat. carm. lib. 2.*

Æstuat unda.

Dionysius. *Huius quidem ad Boream perniciosa nautis via,*
Angustáque, & obliqua, & intractabilis, vbi mare
Tractum longos fremit circa scopulos,
Aonio scissum multas cuspides habente ferro.
Ad Austrum autem & Libycus meatus, & Syrtidis initium est
Alterius: alteram verò videas, vlterius vbi traieceris,
Occidentalem: quam antè duæ parua insulæ sunt,
Meninx, Cercinna insulæ. *Meninx & Cercinna, Libysticum portum habentes.*
Porro supra Siculam terram trahitur vndam attollens
Idem. *Pontus intra Libyam, australem in Syrtim voluens*
Alteram, quam quidem & latiorem vocant:
Altera verò, paruum habens sinum, quæ intus est,
Eminus aduenientem suscipit æstum maris.

Lucan. lib. 9. *Syrtes vel primam mundo natura figuram*
Cùm daret, in dubio pelagi, terræq; reliquit.
Nam neque subsedit penitus, quò stagna profundi
Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus:
Ambigua sed lege soli iacet inuia sedes.
Æquora fracta vadis, abruptáque terra profundo,
Et post multa sonant proiecti litora fluctus.
Sic malè deseruit, nullósque exegit in vsus
Hanc partem natura sui. vel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitúsque natabat:
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens
Æquora subduxit Zonæ vicina perustæ,
Et nunc pontus adhuc Phœbo siccante repugnat.
Mox vbi damnosum radios admouerit æuum,
Tellus Syrtis erit: nam iam breuis vnda supernè
Innatat, & latè periturum deficit æquor.

Gara-

GARAMANTES POPVLI MEDI-terranei Libyam excipiunt. Vbi est Iouis Ammonis, & templum, & fons:

VEntũ erat ad templũ, Libycis quod gentibus vnũ Lucan.lib.9.
Inculti Garamantes habent: stat corniger illic
Iuppiter, vt memorant, sed non vt fulmina vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon.
Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes
Templa: nec Eois splendent donaria gemmis.
Quamuis Æthiopum populis, Arabumque beatis
Gentibus, atque Indis vnus sit Iuppiter Ammon.
Pauper adhuc Deus est, nullis violata per æuum
Diuitiis delubra tenens: morúmque priorum
Numen Romano templum defendit ab auro.
Esse locis superos testatur sylua per omnem
Sola virens Libyen. Nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Leptis.
Ignorat frondes: solus nemus abstulit Ammon.
Syluarum fons causa loco, qui putria terræ
Alligat, & domitas vndâ connectit arenas.
Hic quoque nil obstat Phœbo, cùm cardine summo
Stat librata dies: truncum vix protegit arbor:
Tam breuis in medium radiis compellitur vmbra.
Deprehensum est hunc esse locum, quà circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec Tauro scorpius exit
Rectior, aut Aries donat sua tempora libræ,
Aut Astræa iubet lentos descendere Pisces. Garamantes sub Æquatore habitant.
Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens
Humidus Ægoceros: nec plus Leo tollitur Vrnâ.

At tibi, quæcunque es Libyco gens igne dirempta,
In Noton vmbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.
Te segnis Cynosura subit: tu sicca profundo
Mergi plaustra putas: nullúmque in vertice summo
Sidus habes immune maris, procul axis vtérque est,
Et fuga signorum medio rapit omnia cœlo.
Stabant ante fores populi, quos miserat Eos,
Cornigeríque Iouis monitu noua fata petebant.

Lucret lib.6. Fons & templum Ammonis.

Est apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant subter terras feruescere raptim,
Nox vbi terribili terras caligine texit:
Quòd nimis à vera est longè ratione remotum.
Quippe vbi sol vdum contrectans corpus aquai,
Non quierit calidum supera de reddere parte,
Cùm superum lumen tanto feruore fruatur:
Quî queat hic subter tam crasso corpore terram,
Percoquere humorem, & calido sociare vapori?
Præsertim cùm vix possit per septa domorum,
Insinuare suum radiis ardentibus æstum?

Caussa frigoris in fonte Ammonis.

Quæ ratio est igitur? nimirum terra magis quòd
Rara tenet circùm hunc fontem, quàm cætera tellus.
Multáque sunt ignis prope semina corpus aquai.
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris:
Ex templò subtus frigescit terra, coitque.
Hac ratione fit, vt tanquam compressa manu sit,
Exprimat in fontem, quæ semina cunque habet ignis,
Quæ calidum faciunt laticis tactum, atque saporem.
Inde vbi sol radiis terram dimouit obortis,
Et rarefecit calido miscente vapore,
Rursus in antiquas redeunt primordia sedes
Ignis, & in terram cedit calor omnis aquai:

Frigidus

Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Præterea solis radiis iactatur aquai
Humor, & in lucem tremulo rarescit ab æstu:
Propterea fit vti, quæ semina cúnque habet ignis,
Dimittat: quin sæpe gelum, quod continet in se,
Mutat, & exoluit glaciem, nodósque relaxat.
Plurima cùm subeant audita, aut cognita nobis, Ouid. Met.
Pauca super referam. quid? non & lympha figuras lib. 5.
Dátque, capitque nouas? medio tua, corniger Ammon,
Vnde die gelida est, ortúque obitúque calescit.

ÆTHIOPES SVB ÆQVATORE populi totius Africæ maximè mediterranei Garamantas excipiunt.

AEthiopúmque solum, quòd non premeretur ab vllo Lucan. lib. 3.
Signiferi regione poli, nisi poplite lapso
Vltima curuati procederet vngula Tauri.
Deinceps verò post hos Phaurusii: quorum supra terram Phaurusij.
Habitant Garamantes innumeri: In secessibus autem Dionysius.
Pascuntur cōtinentis terræ omnium extremi Aethiopes
Ipsum ad Oceanum, vltimæ prope tempe (loca amœna) Cernæ. Cerna.
Inq; ipsis varias gentes, quos Carcinus vrit Æthiopas. Paling. in Cancr.
Mirabar primùm vario distincta colore
Corpora: nam media gens est quæ proxima Zonæ, Paling. in Sagittar.
Nigra erat, & crassis labris, crispísque capillis, Æthiopum
Et nuda, aut simæ corio malè tecta capellæ. figura & vultus qualis.

ÆGYPTVS MARITIMA REGIO Africæ Libyam proprie dictam & Cyrenem excipit.

Ægypti descriptio, & Ægyptiorum mores.

Dionysius.

Non enim quisquam fluuiorum par est Nilo,
Neque ad limum proiiciendum, neque ad soli fertilitatem augendam
Qui certe & Libyam dirimit ab Asiatica ab ora,
In Liben quidem, Libyam: in Ortum vero Asiam.,

Ægyptiorũ laus & inuenta.

Hunc accolunt praclarorum genus hominum;
Qui primi vita distinxerunt vias,
Primi item optabile experti sunt aratrum,
Atque semen super rectissimum sulcum posuerunt.
Primi autem lineis Cœlum dimensi sunt
Animo contemplati obliquum cursum Solis.

Ægypti descriptio & vbertas.

Horum autem eloquar, & ipsius fines terra,
Et formam: siquidem non paruum adepta est honorem.
Neque etiam exigua est; quod ad magnitudinem attinet: verum vna inter alias
Bonis pascuis instructa; & pratis: & eximia omnia producens.
Figura igitur tria super latera fixa est:
Lata quidẽ ad latera Borealia: acuta vero ad Aurorã
Que trahitur etiam vsque ad habentem alta montium pracipitia Syenem.

Syene insula limes Ægypti.

Montibus duobus vndique tegentibus munita est,
Quos inter pulcrifluis descendunt aquæ Nili.
Atque hanc quidem multi, & opulenti homines tenẽt,

Thebæ Ægyptiæ.

Et qui Thebas percelebres inhabitant,
Thebas priscas, centum portas habentes, vbi resonans

Memnon

Memnon ex oriente suam salutat Auroram.
Et qui septem vrbes habentē mediam continentem ter-
Et qui vda ad littora maris (ram tenent:
Maritimam incolunt vsque ad Serbonum lacum. Serbonus lacus alter limes Ægypti.
Porrò huius ad Zephyrum Macedonicum oppidum est. Alexandria.
Vbi Sinopitæ Iouis magni templum est,
Auro pretioso ornatum. Haud facile illo Templum Iouis magnificentiss. Alexandriæ.
Diuinius aliud templum inter homines videre queas,
Neque sane opulentam æquè aliam vrbem, vbi summæ
Cernuntur speculæ Pallenidis Idotheeiæ. Pharos Turris eminentissima.
Hanc verò post, ad Orientē versus ad Casium montem
Pelusium oppidum cognomine omnes tenent Casius mons. Pelusium op.
Egregiè nauigationis periti: non tamen illi
Homines inter Afros numerandi, siquidē ad Orientem
Septem ostia habentis Nili sitam sortiti sunt vrbem.
Excepêre epulæ tantarum gaudia rerum: **Lucan. lib. 8.**
Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu
Nondum translatos Romana in sæcula luxus. Palatium Cleopatræ reginæ Ægypti.
Ipse locus templi, quod vix corruptior ætas
Exstruet, instar erat: laqueatáque tecta ferebant
Diuitias, crassúmque trabes absconderat aurum.
Nec summis crustata domus, sectísque nitebat
Marmoribus: stabátque sibi non segnis Achates,
Purpureísque lapis, totáque effusus in aula
Calcabatur Onyx: Hebenus Mareotica vastos
Non operit postes, sed stat pro robore vili
Auxilium, non forma domus, ebur atria vestit.
Et suffixa manu foribus testudinis Indæ
Terga sedent, crebro maculas distincta Smaragdo.
Fulget gemma toris, & Iaspide fulua supellex.
Strata micant, Tyrio quorum pars maxima succo
Cocta diu, virus non vno duxit aheno.
Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco,

Vt mos est Phariis miscendi licia telis.
Tunc famulæ numerus: turba populúsque minister.
Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas:
Hæc Libycos pars, tam flauos gerit altera crines,
Vt nullas Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas vidisse comas: pars sanguinis vsti
Torta caput, refugósque gerens à fronte capillos.
Famulitium regum Ægyptiorum. *Necnon infelix ferro mollita iuuentus*
Atque exsecta virûm, stat contra fortior ætas,
Vix vlla fuscante tamen lanugine malas.
Non mandante fame, multas volucrésque, ferásque,
Ægypti posuere deos: manibúsque ministrat
Niliacas crystallus aquas: geminæq; capaces
Excepêre merum: sed non Mareotidos vuæ,
Nobile sed paucis senium cui contulit annis
Meroe insul. *Indomitum Meroe cogens spumare Falernum.*
Accipiunt sertas nardo florente coronas,
Luxus regũ Ægypti. *Et nunquam fugiente rosa: multúmque madenti*
Infudere comæ, quod nondum euanuit aura
Cinnamon, externa nec perdidit aëra terra:
Aduectúmque recens vicinæ messis amomum.
Postquam epulis, Bacchóque modum lassata voluptas
Imposuit: longis Cæsar producere noctem
Inchoat alloquiis, summáque in sede iacentem
Linigerum placidis compellat Achorea dictis:
O sacris deuote senex, quódque arguit ætas
Non neglecte deis, Phariæ primordia gentis,
Terrarúmque situs, vulgíque edicere mores,
Et ritus formásque Deûm: quodcúnque vetustis
Insculptum est adytis profer, nostíque volentes
Prode deos. si Cecropium sua sacra Platonem
Plato Ægyptiorum doctrina eruditus. *Maiores docuere tui: quis dignior vnquam*
Hoc fuit auditu, mundíque capacior hospes?

Fama

Fama quidem generi Pharias me duxit ad vrbes,
Sed tamen & vestri media inter prælia semper
Stellarum, cœlique plagis, superísque vacaui.
Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus.
Sed cùm tanta meo viuat sub pectore virtus,
Tantus amor veri, nihil est quod noscere malim
Quàm fluuij causas per sæcula tanta latentis,
Ignotúmque caput: spes sit mihi certa videndi
Niliacos fontes, bellum ciuile relinquam.
—petimus Pharon, aruáque Lagi. Lucan.lib.8.
Syrtibus hinc Libycis tuta est Ægyptus: at inde
Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis,
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iouis: in solo tanta est fiducia Nilo.
Nam, quà Pellæi gens fortunata Canopi Canopus.
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum, Virg.Georg.
Et circum pictis vehitur sua rura Phaselis, lib.4.
Quáque Pharetratæ vicinia Persidis vrget,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis,
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Quis nescit, Volusi Bithycine, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat Superstitio
Pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibim. Ægyptiorũ. Iuue.Sat.15.
Effigies sacri nitet aurea cercophitheci,
Dimidio magicæ resonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. Thebe oppid.
Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam:
Porrum, & cæpe nefas violare, ac frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina: lanatis animalibus abstinet omnis

Mensa: nefas illic fœtum iugulare capellæ,
Carnibus humanis vesci licet.

Coptus opp. *Gesta super calidæ referemus mœnia Copti:*
Et paulò pòst. *Nos vulgi scelus, & cunctis grauiora cothurnis.*
Combos op. Tentyra op. *Ardet adhuc Combos, & Tentyra: summus vtrinque*
Et paulò pòst. *Inde furor vulgò, quod numina vicinorum*
Odit vterque locus, quum solos credat habendos
Esse deos, quos ipse colit.
Et paulò pòst. *—horrida sanè*
Ægyptus, sed luxuria quantùm ipse notaui,
Canopus op. *Barbara famoso non cedit turba Canopo,*
Et paulò pòst. *Qui vicina colunt vmbrosa Tentyra palma.*

Oppida Ægypti: Alexandria, Tentyra, Coptos, Memphis, Thebæ.

Alexandriæ descriptio.

Antiochia. *Tertia Phœbeæ lauri domus, Antiochiâ,*
Auson. de claris vrbibus. *Vellet Alexandri si quarta colonia poni.*
Ambarum locus vnus: & has furor ambitionis
In certamen agit. Vitiorum turbida vulgo
Vtráque, & amentis populi male sana tumultu.
Hæc Nilo munita quòd est, penitúsque repostis
Insinuata locis, fœcunda: sitúque superbit.
Illa quòd infidis opponitur æmula Persis.
Et vos ite pares: Macedúmque attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit: illa Seleucum
Nuncupat: Ingenuum cuius fuit anchora signum,
Qualis inusta solet: generis nota certa per omnem
Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.
Lucan. lib. 10. *Inde Paratoniam fertur securus in vrbem*
Pignore tam sæui sceleris, sua signa sequutus.
Sed fremitu vulgi fasces, & iura querentis
Inferri Romana suis, discordia sensit

Pectora,

Pectora, & ancipites animos, Magnúmque perisse
Non sibi. Tum vultu semper celante timorem
Intrepidus superûm sedes, & templa vetusti
Numinis antiquas Macedûm testantia vires
Circuit: & nulla captus dulcedine rerum,
Non auro, cultúque deûm, non mœnibus vrbis,
Effossum tumulis cupidè descendit in antrum. Alexandri sepulchrum est Alexandriæ conditum.
Illic Pellæi proles vesana Philippi
Felix prædo iacet terrarum, vindice fato
Raptus: sacratis totum spargenda per orbem
Membra viri posuere adytis: fortuna pepercit
Manibus, & regni durauit ad vltima fatum.
Non vt Alexandri claram delatus in vrbem, Ouid. Trist. lib. 1.
Delitias videam Nile iocose tuas.

Coptos.

—melius votis mareotica fumat Stat. Theb. lib. 1.
Coptos, & arisoni lugentia flumina Nili.

Memphis.

Hunc genuit custos Nili crescentis in arua Lucan. lib. 8.
Memphis vana sacris: illo cultore deorum
Lustra suæ Phœbes non vnus vixerat Apis,
Vnde paludosi fœcunda licentia Nili. Stat. Syluar. lib. 3.
Cur vada desidant, & ripa coërceat vndas
Cecropio stagnata luto, cur inuida Memphis,
Curúe Terapnæi lasciuiat ora Canopi.

Thebæ.

—& imbrifera siccas sub pleiade Thebas. Lucan. lib. 8.
Et qui Thebas percelebres inhabitant, Dionysius.
Thebas priscas, centum portas habentes: vbi resonans
Memnon exorientem suam salutat Auroram.

Flumina.

Nilus.

Proper.lib.2. *Aut canerem Aegyptũ, & Nilum, cum tractus in vrbẽ*
Septem captiuis debilis ibat aquis.

Ouid.Fast. lib.5. *Flore semel læso pereunt viciaq;, fabaq;,*
Et pereunt lentes, aduena Nile, tua.

Horat.carm. lib.4. *Te fontium qui celat origines*
Nilúsque, & Ister, te rapidus Tigris,
Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis.

Ouid.Met. lib.5. *—& septem discretus in ostia Nilus.*
Hinc bibat æstiuum septeno gurgite Nilum.

Claud. in Ruff lib.1. *Quúmque tua aspicio, quanuis ingentia, Nile,*
Ostia, tam longè, septem reor esse carnales.

Paling.in Leone. *Innumerique alij, quos inter maximus omnes*
Cedere Danubius se tibi Nile negat.

Ouid.de Ponto lib.4. *Ille fluens diues septena per ostia Nilus,*
Qui patriam tanta tam bene celat aqua,

Ouid. Amor. lib.3. *Fertur in Euadne collectam Asopide flammam*
Vincere gurgitibus non potuisse suis.

Lucan.lib.10. *Fas mihi magnorum, Cæsar, secreta parentum*
Prodere, ad hoc æui populis ignota profanis.

Nili incrementa æstate summa fiunt & cur. *Sit pietas alijs miracula tanta silere:*
Ast ego cœlicolis gratum reor, ire per omnes
Hoc opus, & sacras populis notescere leges.
Sideribus, quæ sola fugam moderantur Olympi,
Occurrúntque polo, diuersa potentia prima

Solis vsus. *Mundi lege data est. Sol tempora diuidit anni,*
Mutat nocte diem, radiísque potentibus astra
Ire vetat, cursúsque vagos statione moratur.

Lunæ vsus. *Luna suis vicibus Tethyn, terrenáque miscet.*
Frigida Saturno glacies, & Zona niualis

Cessit:

Cessit: habet ventos, incertáque fulmina Mauors.
Sub Ioue temperies, & nunquam turbidus aer.
At fœcunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet. immensæ Cyllenius arbiter vndæ est.
Hunc vbi pars cœli tenuit, quà mista Leonis
Sidera sunt Cancro, rabidos quà Sirius ignes
Exerit, & varij mutator circulus anni
Ægocerum, Cancrónque tenet, cui subdita Nili
Ora latent: quæ cùm dominus percussit aquarum
Igne superiecto, tunc Nilus fonte soluto
Exit, vt Oceanus Lunaribus incrementis
Iussus adest: auctúsque suos non antè coarctat,
Quàm nox æstiuas à sole receperit horas.
Vana fides veterum, Nilo, quòd crescat in arua
Æthiopum, prodesse niues. non Arctos in illis
Montibus, aut Boreas: testis tibi Sole perusti
Ipse color populi, calidíque vaporibus Austri:
Adde quòd omne caput fluuij, quodcúnque soluta
Præcipitat glacies ingresso vere tumescit
Prima tabe niuis: Nilus neque suscitat vndas
Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem
Ante parem nocti Libra sub iudice Phœbum.
Inde etiam leges aliarum nescit aquarum:
Nec tumet hibernus, cùm longè Sole remoto
Officiis caret vnda suis: dare iussus iniquo
Temperiem cœlo, mediis æstatibus exit.
Sub torrente plaga, ne terras dissipet ignis,
Nilus adest mundo, contráque incensa Leonis
Ora tumet: Cancróque suam torrente Syenem
Imploratus adest: nec campos liberat vndis.
Donec in autumnum declinet Phœbus, & vmbras
Extendat Meroe. quis caussas reddere possit?
Sic iussit Natura parens discurrere Nilum:

Sic opus est mundo. Zephyros quoque vana vetustas
His adscripsit aquis, quorum stata tempora flatus,
Continuitque dies, & in aere longa potestas.
Vel quòd ab occiduo depellunt nubila cœlo
Trans Noton & fluuio cogunt incumbere nimbos:
Vel quòd aquas toties rumpentes litora Nili
Assiduè feriunt, cogúntque resistere fluctus.
Ille mora cursus, aduersiq; obice ponti
Æstuat in campos. sunt qui spiramina terris
Esse putent magnósque caua compagis hiatus.
Commeat hæc penitus tacitis discursibus vnda
Nilus habet eandem originem quam Ganges. *Frigore ab Arctoo medium reuocata sub axem,*
Cùm Phœbus pressit Meroen, tellúsque perusta
Illuc duxit aquas, trahitur Gangésque, Padúsque
Per tacitum mundi: tunc omnia flumina Nilus
Vno fonte vomens, non vno gurgite perfert.
Rumor, ab Oceano, qui terras alligat omnes,
Nili origo. *Exundante procul violentum erumpere Nilum,*
Æquoreósque sales longo mitescere tractu:
Necnon Oceano pasci Phœbúmque, polúmque
Credimus: hunc, calidi tetigit cùm brachia Cancri,
Sol rapit, atque vndæ plus, quàm quod digerat aer,
Tollitur. hoc noctes referunt, Nilóque refundunt.
Ast ego, si tantam fas est mihi soluere litem,
Quasdam, Cæsar, aquas post mundi sera peracti
Secula, concussis terrarum erumpere venis,
Non id agente deo: quasdam compage sub ipsa
Cum toto cœpisse reor: quas ille creator,
Atque opifex rerum certo sub iure coercet.
Quæ sibi noscendi Nilum, Romane, cupido est,
Hæc Phariis, Persisq; fuit, Macedúmque tyrannis,
Nulláque non ætas voluit conferre futuris
Notitiam: sed vincit adhuc natura latendi.

Summus Alexander Regum, quem Memphis adorat, Memphis.
Inuidit Nilo, misitq; per vltima terræ
Æthiopum lectos: illos rubicunda perusti
Zona poli tenuit, Nilum videre calentem. Nili origo ignota.
Venit ad occasum, mundíque extrema Sesostris,
Et Pharios currus regum ceruicibus egit:
Ante tamen vestros amnes Rodanúmque, Padúmque,
Quàm Nilum de fonte bibit. vesanus in ortus
Cambyses longi populos peruenit ad æui,
Defectúsque epulis, & pastus cæde suorum
Ignoto te, Nile, redit. non fabula mendax,
Ausa loqui de fonte tuo est. vbicúnque videris,
Quæreris: & nulli contingit gloria genti,
Vt Nilo sit læta suo. tua flumina prodam,
Qua Deus vndarum celator, Nile, tuarum
Te mihi nosse dedit. medio consurgis ab axe,
Ausus in ardentem ripas attollere Cancrum,
In Borean is rectus aquis, mediúmque Booten.
Cursus in occasum flexus torquetur, & ortus,
Nunc Arabum populis, Libycis nunc æquus arenis,
Téque vident primi, quærunt tamen hi quoque, Seres,
Æthiopúmque feris alieno gurgite campos.
Et te terrarum nescit cui debeat orbis.
Arcanum natura caput non prodidit vlli,
Nec licuit populis paruum te, Nile, videre,
Amouitque sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quàm nosse tuos. consurgere in ipsis
Ius tibi solstitiis, aliena crescere bruma,
Atque hyemes adferre tuas: solique vagari
Concessum per vtrósque polos. hîc quæritur ortus,
Illic finis aquæ.
Qualis & arentes cùm findit Seirius agros Tibull. lib. 1.
Fertilis æstiua Nilus abundat aqua.

Nile pater, quanam possum te dicere causa,
Aut quibus in terris occulluisse caput?
Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.
Te canit, atque suum proles miratur Osirim
Barbara, Memphitem plangere docta bouem.

Lucr. lib. 6. *Nilus in æstati crescit: campísque redundat*
Unicus in terris Ægypti totius amnis.
Nili vtilitas, dum exûdat. *Is rigat Ægyptum medium per sæpe calorem,*
Aut quia sunt æstate Aquilones ostia contra
Anni tempore eo, quo Etesia flabra feruntur:
Et contra fluuium flantes remorantur, & vndas
Cogentes rursus replent, cogúntque manere.
Nam dubio procul hæc aduerso flabra feruntur
Flumine, quæ gelidis à stellis axis aguntur.
Ille ex æstifera parti venit amnis ab Austro
Inter nigra virûm, percoctáque sæcla calore,
Exoriens penitus media ab regione diei.
Est quoque, vti possit magnus congestus arenæ
Nilus cur excrescat. *Fluctibus aduersis opilare ostia contra,*
Cùm mare permotum ventis ruit intus arenam,
Quo fit vti pacto liber minus exitus amni,
Et procliuis item fiat minus impetus vndis.
Fit quoque, vti pluuiæ forsan magis ad caput eius
Tempore eo fiant, quo Etesia flabra Aquilonum
Nubila coniiciunt in eas tunc omnia partes.
Scilicet ad mediam regionem eiecta diei
Cùm conuenerunt, ibi ad altos denique montes
Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.
Forsit, & Æthiopum penitus de montibus altis
Crescat, vbi in campos albas descendere ningues
Tabificis subigit radiis Sol omnia lustrans.
Claud. in Epigramm. *Felix qui Pharias proscindit vomere terras:*

Nubila

Nubila non sperat tenebris condentia cœlum:
Nec grauiter flantes pluuiali frigore Coros
Inuocat, aut arcum variata luce rubentem.
Ægyptus sine nube ferax, imbrésque serenos
Sola tenet, secura poli, non indiga venti.
Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Nilóque redundat:
Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris,
Flammifera patiens Zona, Cancríque calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet: nec contigit vlli
Hoc vidisse caput: fertur sine teste creatus,
Flumina profundens alieni conscia cœli.
Inde vago lapsu, Libyam dispersus in omnem,
Æthiopum per mille ruit nigrantia regna,
Et loca continuo Solis damnata vapore
Irrorat, populísque salus sitientibus errat,
Per Meroen, Blemyasq; feros, atrámque Syenem. Syene. Meroë.
Hunc bibit effœnis Garamas, domitórque ferarum Blemye.
Cirthæus, qui vasta colit sub rupibus antra, Cirthæ pop.
Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos,
Et gens compositis crinem velata sagittis.
Nec verò similes causas crescentibus vndis
Vt tempus meruit: glacie non ille soluta,
Nec circumfuso scopulis exuperat imbre.
Nam cùm tristis hyems alias produxerit vndas,
Tum Nilum retinent ripæ: cum languida cessant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumescit.
Quippe quod ex omni fluuio spoliauerit æstus,
Hoc Nilo Natura refert, totámque per orbem
Collectæ partes vnum reuocantur in amnem.
Cúmque die Titana Canis flagrantior armat,
Et rapit humores madidos, venásque calore

Compescit, radiisque potentibus æstuat axis,
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo.
Defectis solitum referens cultoribus æquor,
Effluit Ægæo stagnantior, acrior alto
Ionio, se seq; patentibus explicat aruis.
Fluctuat omnis ager. remis sonuere nouales.
Sæpius æstiuo iaceat cùm fortè sopore,
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

Meroe insula quam efficit Nilus.

Luc.lib.10. *Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis*
Ebenus vbi. *Læta comis Ebeni: quæ quanuis arbore multa*
Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat vmbra,
Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.
Inde plagas Phœbi, damnum non passus aquarum,
Proueheris, sterilésque diu metiris arenas,
Nunc omnes vnum vires collectus in amnem,
Nunc vagus, & spargens facilem tibi credere ripam.
Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
Arabes. *Quà dirimunt Arabum populis Ægyptia rura*
Regni claustra Philæ: mos te deserta secantem,
(Quà dirimunt nostrum rubro commercia pontum,)
Mollis lapsus agit. quis te tam lenè fluentem
Moturum totas violenti gurgitis iras
Nili. *Nile, putet? sed cùm lapsus abrupta viarum*
Cataractæ. *Excepere tuos, & præcipites Cataractæ,*
Ac nusquam vetitis vllas obsistere cautes
Indignaris aquis. spumâ tunc astra lacessis.
Cuncta tremunt vndis: ac multo murmure montis
Spumens inuictis canescit fluctibus an.nis.
Abatos locus in Nilo. *Hinc, Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas,*
Terra potens primos sentit perculsa tumultus,
Et scopuli, placuit fluuij quos dicere venas,

Quòd

Quòd manifesta noui primùm dant signa tumoris.
Hinc montes natura vagis circundedit vndis,
Qui Libyæ te, Nile, negent, quos inter in alta
It conualle iacens iam molibus vnda receptis.
Prima tibi campos permittit, apertáque Memphis
Rura, modúmque vetat crescendi ponere ripas.
—procerum squalore repletus Claud. in Eutrop. lib. I.
Carcer & exulibus Meroe, campíque gemiscunt
Æthiopum: pœnis hominum plaga personat ardens:
Marmaritus claris violatur cædibus Ammon.
Non modò turilegos Arabas, modò despicit Indos: Ouid. Fast. lib. 4.
Hinc Lybs, hinc Meroe, siccáque terra subest.
Et tu sic, Meroe: non quòd sis atra colore, Ausonius in epigram.
Vt quæ Niliaca nasceris in Meroe.

Syene altera insula, quam Nilus efficit, & in qua est vrbs eiusdem nominis.

Quod tibi si calida, prosit, laudêre Syene. Ouid. de Ponto lib. I.
Nam quis ad exustam Cancro torrente Syenem Lucan. lib. 8.
Ibit, & imbrifera siccas sub Pleiade Thebas?

BLEMMYÆ, VEL BLEMMYI excipiunt Ægyptum, súntque populi mediterranei ad æquatorem.

PEr Meroen, Blemyásque feros.— Claud. in epigramm.
Quos ante perustarum Blemyum eminent iuga,
Vnde pinguissimi descendunt aquæ Nili. Dionysius.

GEOGRAPHIAE POETICÆ LIBER TERTIVS

QVI EST DE ASIA.

Fines autem Asiæ sunt, qua parte Africam attingit, Ægyptus: qua autem Europam, Tanais.

Summaria Asiæ descriptio.

Dionysius. Asiæ limites. *Isthmus sursum porrectus est quidam supremus Asiaticæ terræ,*
Caspium inter & Euxinum mare:
Illum autem Europæ, Asiæq; terminum dixerunt.
Alius verò longius & immensus in austrum serpit,
Arabicum sinum & Ægyptum inter,
Qui quidem separat Libyam ab Asiatica terra.

Generalis Asiæ descriptio.

Idem. *Porro figura Asiæ, tractus est ambarum*
Continentium, ab altera parte similis imagini coni,
Quæ porrigitur paulatim ad orientis recessum totius:
Vbi etiam columnæ Thebisgeniti Dionysi
Stant, extremi iuxta gurgitem Oceani,
Ganges. *Indorum vltimis in montibus: vbi Ganges*
Nyssa mons. *Cădidam aquă Nyssæam ad planitiĕ litoralem voluit.*
Verùm non tanta magnitudo fuerit Asiæ terræ,
Maria tria in Asia, Persicŭ, Arabicum, Hircanum. *Neque tota species videtur similis. quippe in illis*
Continentibus vnum mare immensum dominatur:
At in Asia vastus Oceanus. tres enim volutans

Sinus

Sinus fluctuantes eructat, introrsum mittens,
Persicum, Hyrcanium, & Arabicum profundos habentem vortices:
Duos quidem Australes: alium verò ad Boream spectantem,
Ad Boream spectantem, & ad Libem vicinum ponto
Euxino: vbi homines innumeri circunhabitant.
Medium verò amborum terræ immensus Isthmus finit,
Hinc & inde longis porrectus campis.
Medium verò totius Asiæ mons circuit,
Orsus à terra Pamphylia, ad Jndos etiam vsque, Taurus mõs interfecat totam Asiam.
Jnterdũ quidem obliquus & curuus: interdũ verò rursus
Vestigiis rectior: Taurum verò ipsum nominant,
Eo quòd Tauro similis, & acutum caput habẽs incedit,
Montibus spatiosis multifidus hinc inde,
Ex quo innumeri amnes cum strepitu fluunt:
Hi quidem ad Boream: illi verò ad Austrum, quidam item ad impetum (flatum)
Euri, & Zephyri. Quis omnia nomina retulerit?
Nec certè cognomẽtum vnum adeptus, sed in vnoquoq;
Nomen habet anfractu. Hæc autem illis curæ sint
Hominibus, qui in loco illo vicinam domum posuere.
Nunc quidem gentes omnes percurram, quotquot celebres incolunt:
Musæ verò rectissimum vestigium ducant. Asiæ terminus.
Nempe paludem Mæotidem prope habitant Mæotis pal°.
Ipsi Mæotæq;, & gentes Sauromatarum, Mæotæ pop.
Strenuum bellicosi genus Martis. nam ex illo Sauromatæ pop.
Forti concubitu Amazonidum geniti sunt,
Quo olim Sauromatis cum viris mixtæ sunt,
Vagatæ è patria, procul à Thermodoonte: Thermodoõ fl.
Quare etiam liberi magnanimi nati sunt,
Syluam incolentes immensam: quam per mediam

Tanais fl. *Volutus Tanais Mœotidis in sinum labitur:*
Qui etiamnum Europam abscindit ab Asia terra:
Ad occasum, Europā: ad ortum autem, Asiam terram.
Huius sanè fontes quidem in montibus Caucasiis
Procul murmurant: vastus autem hinc inde
Concitus Scythicos currit super campos.
Hoc porro æstuante immensum in modum à Borea,
Septentrionalis Asiæ frigus. *Glaciem videres præ frigore concretam.*
Miseri qui circa illum domicilia homines habent:
Perpetuò illis frigida nix, geluq́; perniciosè flans,
Et quum è ventis plurimum frigus venerit,
Aut equos morientes ante oculos cernas,
Aut etiam mulos, aut in agro stabulantium genus ouium.
Neque etiam ipsi illæsi esse possent
Homines, qui in illis sub flatibus manerent:
Verùm fugiunt, iunctis plaustris,
Regionem in aliam: linquunt autem terram ventis
Hybernis, qui etiam improba ruentes procella,
Terrámque agitant & montes piniferos.
Tot sanè Tanain accolunt.
Sauromates verò excipiunt qui magis conferti sunt
Sindi pop. *Sindi, Cimmeriique, & qui prope Euxinum*
Cimmerij populi. *Cercetiique, Oretæq́; & strenui Achæi,*
Cercetij po. *Quos olim à Xantho & Idæo Simoente*
Oretæ pop. Xanthus fl. *Flatus abduxerunt Austriq́; & Aquilonis,*
Simois fl. *Sequentes ad bellum Martia fortitudine præditum.*
Heniochi populi. *Post hos autem habitant vicinam terram tenentes*
Zygij pop. *Heniochi, Zygiique è Pelasgica oriundi terra.*
Tyndaridæ populi. *Ad recessum autem intimum Ponti, post terram Tyndaridarum,*
Colchi pop. *Colchi habitant, aduenæ Ægypti,*
Caucasus mons. *Prope Caucasum qui sunt, qui Hyrcanium prope mare*

Monti-

Montibus altissimis excrescit, vbi Phasis Phasis fl.
Circei per dorsum se voluens campi, Circæus.
Euxini ad vndam rapidam eructat spumam,
Incipiens primum è monte Armenio. Armenij po.
Huius autem versus Orientem Boreámque adiacet Isthmus, Isthmus Asiæ.
Isthmus Caspiíque, & Euxini maris. Caspij pop.
In eo autem habitant orientalis gens Iberorum
Qui olim è Pyrene ad orientem venerunt,
Cum hominibus Hyrcaniys implacabile bellum committentes. Hyrcanij po.
Etiam Camaritarum natio magna, qui quondam Bacchum Camaritæ populi.
Indorum è bello recipientes, hospitio exceperunt,
Atque cum Bacchidibus sacram choream duxerunt,
Cingula, & hinnulorum pelles pectoribus iniycientes,
Euœ Bacche, clamantes: ipse autem animo amplexatus est Deus
Illorum hominum nationem, & sedes illius terræ.
Post hos autem Caspium fluctuat mare: Caspium mare.
Facilè autem tibi & hoc descripserim mare,
Qui tamen non vidi procul meatus, neq; naui eò traieci.
Non enim mihi vita est in atris nauibus:
Neque mihi mercatura est paterna: neq; ad Gangem
Proficiscor, (vt multi rubrum per mare,
De vita non solliciti, sed quò immensas diuitias consequantur)
Nec cum Hyrcaniys commercium mihi est. neq; vestigo
Saltus qui in pede Caucasi, rubeorúmque Arianorum: Ariani pop.
Verùm me Musarum agitat mens, quæ quidem possunt
Absque vagatione magnum mare metiri, Luc. lib. 3.
Montésque & continẽtem & ætherium cursum siderum. Mysia.
Mysiáque, & gelido tellus perfusa Caico Caicus.

Idalis. *Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.*
Arisbe. Pitane. *Quique colunt Pitanen, & quæ tua munera Pallas*
Celenæ. *Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ:*
Marsia fl. *Quà celer & rectis descendens Marsia ripis*
Mæander fl. *Errantem Mæandron adit, mistúsque refertur:*
Passáque ab auriferis tellus exire metallis
Pactolus fl. *Pactolon: quà culta secat non vilior Hermus.*
Hermus fl. *Iliacæ quoque signa manus, perituráque castra*
Ominibus petiere suis: nec fabula Troiæ
Continuit, Phrygiíque ferens se Cæsar Iuli.
Orontes. *Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes*
Ninos. *Et felix, sic fama, Ninos: ventosa Damascus,*
Damascus. Idume. *Gazáque, & arbusto palmarum diues Idume.*
Gaza. Tyros. *Et Tyros instabilis, pretiosáque murice Sidon.*
Sidon. *Has ad bella rates non flexo limite ponti,*
Certior haud vllis duxit Cynosura carinis.
Phœnicum laus. *Phœnices primi, famæ si creditur, ausi*
Mansuram rudibus vocem signare figuris.
Nondum flamineis Memphis contexere biblos
Nouerat, & saxis tantum volucrésque feræq;,
Sculptáque seruabant magicas animalia linguas.
Taurus. *Deseritur Taurique nemus, Perseáque Tarsos,*
Tarsos. *Coryciúmque patens exesis rupibus antrum.*
Mallos. *Mallos, & externæ resonant naualibus Ægæ.*
Ægæ. Cilices. *Itq; Cilix iusta iam non pirata carina.*
Mouit & Eoos bellorum fama recessus,
Ganges fl. *Quà colitur Ganges, toto qui solus in orbe*
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo
Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.
Hîc vbi Pellæus post Tethyos æquora ductor
Constitit, & magno vinci se fessus ab orbe est.
Indus fl. *Quáque ferens rapidum diuiso gurgite fontem*
Hidaspes fl. *Vastis Indus aquis mistum non sentit Hidaspen.*

Quiq;

Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos,
Et qui tingentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis.
Quiq; suas struxere pyras, viuique calentes Gymnosophistæ.
Conscendere rogos. Prò quanta est gloria genti
Iniecisse manum fatis, vitáque repletos
Quod superest, donasse deis. venêre feroces
Cappadoces duri, populus nunc cultor Amani. Cappadocū populi. Aman⁹ mōs.
Armeniúsque tenens voluentem saxa Niphatem. Armenij po. Niphates fl.
Æthera tangentes syluas liquere Coastræ. Coastræ po.
Ignotum vobis Arabes venistis in orbem, Arabes pop.
Vmbras mirari nemorum non ire sinistras.
Tum furor extremos mouit Romanus Orestas, Orestæ pop.
Carmanósque duces, quorum deflexus in Austrum Carmani po.
Æther, non tantùm mergi tamen aspicit Arcton,
Lucet & exigua velox ibi nocte Bootes.
Quáque caput rapido tollit cum Tigride magnus Tigris fl.
Euphrates, quos non diuersis fontibus edit Euphrates fl.
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes, Persis.
Quod potius sit nomen aquis, sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates Pharia vice fingitur vnda. Euphrates.
At Tigrim subito tellus absorbet hiatu, Tigris.
Occultósque tegit cursus, rursúsque renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis.
Inter Cæsareas acies, diuersaq; signa
Pugnaces dubium Parthi tenuêre fauorem, Parthi.
Contenti fecisse duos. tinxere sagittas
Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Scythæ. Asiani.
Includit gelido, vastisq; Hyrcania syluis. Bactræ po.
Hinc Lacedæmonij moto gens aspera freno Hyrcanij po.
Oeniochi, sæuísque affinis Sarmata Moschis, Oeniochi po. Sarmatæ po. Moschi pop.
Colchorum qui rura secat ditissima Phasis: Phasis fl.
Qua Crœso fatalis Halys, qua vertice lapsus

Tanais fl. *Ripheo Tanais diuersi nomina mundi*
Imposuit ripis, Asiaq́; & terminus idem
Europæ, mediæ ridimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illam, qua flectitur, ampliat orbem.
Quáque fretum terrens Mæotidos egerit vndas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,
Oceanúsque negat solas admittere Gades.
Sithonij. *Hinc & Sithoniæ gentes, auróque ligatas*
Arimaspæ populi. *Substringens, Arimaspe, comas: hinc fortis Arius,*
Ariani pop. *Longáque Sarmatici soluens ieiunia belli*
Geloni. *Massagetes quo fugit equo, volucrésque Geloni.*

POPVLI ASIÆ, EORVMque descriptio particularis.

Arabes vicini Ægyptijs.

Ouid. Fast. lib. 4. *Nammodò thurilegos Arabas, modò despicit Indos.*
Dionysius. *Hanc autem videbis, vltra australem viam pergens,*
Arabici sinus intimum cursum, qui inter
Arabes vicini Ægyptijs. *Voluitur Syriamq́; & Arabiam amœnam,*
Selani. *Paulum ad orientem conuersus, vsque ad Selanos.*
Inde verò ditissimorum Arabum adiacet terra,
Multum ascendens, duplici circundata mari,
Persicóque, Arabicóque: ventum autem sortitum est vtrunque,
Arabicum, Zephyrum: Persicum verò, Euri vias.
Limes autem illi australis conuersus ad orientem
Mare rubrū. *Alluitur rubris fluctibus Oceani.*
Etiam huius tibi situs eloquar eximiè enim ipsum
Inter oēs alios valde opulēti & insignes populi collunt.

Aliud

Aliud quinetiam miraculũ valde magnum obtigit illi:
Semper fragrans aromatis, suauiter subolet — Arabia aromatis abundans.
Vel thus, vel myrrham, vel bene odoratum calamum,
Aut etiam diuinum maturescens thus,
Vel casiam. reuera enim in terra soluit illa
Iupiter ipsum Dionysum bene sato à femore:
Proinde nato odorata nascebantur omnia.
Oues quinetiam tunc densis onerabantur velleribus — Arabicæ oues.
In pascuis, subitis item delabebantur aquis lacus.
Volucres insuper aliunde non habitatis ab insulis
Venerunt, folia ferentes non vitiatorum cinamomorum.
At verò ille hinuli pellem in humeros extendit,
Et hederâ iucunda pulchras ornauit comas.
Ebrius autem vino implexos quassauit thyrsos, — Dionysius in Arabia educatus.
Blandè ridens, & magnas hominibus illis diuitias superfudit.
Quare ad hunc vsque diem thure gloriantur arua,
Montes autem auro, flumina autem alia ex parte aromatibus.
Ipsi autem incolæ valde pinguem populum habent, — Felix Arabia auri & gemmarũ ferax.
Aureis vestibus gloriantes mollibus.
Verumenimuero primi quidẽ vltra declinitatẽ Libani
Diuites habitant Nabatai. — Nabatæi po.
Propè autem Chabasiique, & Agrei: quos iuxta tellus — Chablasij. Agrei pop.
Chatramitica incolitur, & regione Persica terra.
Caterùm rubri latus habitant maris.
Minnaique, Sabæq;, & vicini Cletabeni. — Minnæi pop. Sabæ pop. Cletabeni populi.
Tot quidem Arabiam ingentes gentes tenent.
Aliæ verò insuper & plurimæ: circunquáque enim est maxima.
Huius autem ad vlteriorẽ regionem, sub flatu Zephyri,
Sterile monticolarum aparet solum Eremborum, — Arabia infelix.
Qui vitam in petris suffossis posuerunt, — Erembi pop.

Nudi & possessionibus carentes: quinetiam ipsis
Sudore nigrum redditur aridum corpus:
Temerè verò more ferarum oberrantes, molestias habēt,
Non sicut delicatè viuentium Arabum genus.
Nam infelicitate.
Æquam sortem omnibus hominibus attribuit Deus.

Tibull.lib.3. *Eoique Arabes.* —

Idem lib. 4. *Possideatque, metit quicquid bene olentibus aruis*

Arabia felix. *Cultor odoratæ diues Arabs segetis,*
Et quascunque niges rubro de litiore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.

Palin.in Tauro. *Qui pollet virtute, Arabum deserta, nigrósque*
Æthiopas, rapidósque Getas lustrabit, & Indos.

Idem in Leone. *Non ego diuitias Arabum, rubríve lapillos*
Æquoris insignes cupio. —

Claud.in Eutrop.lib.1. — *te grandibus India gemmis,*
Te folijs Arabes ditent, te vellere Seres.

SYRIA ARABIAM EXCIPIT.

Continet autem Syria generaliter dicta omnem eam regionem Asiæ, quæ ab Occidēte mari mediterraneo: ab Oriente, & Aquilone, Euphrate amni: itémque Cilicia terminatur: & à meridie, Arabia.

Syriæ generalis descriptio.

Dionysius. *ORsus à Syria, vbi desii: neque me*
Sermo, tanquam sit confictus, quisquam possit reprehendere.
Sed nimirum Syria quidem super mare propè serpit

Ad

Ad austrum, orientémque, vrbibus abundantem terrã:
Quam Cauã perhibent cognomine, quandoquidẽ ipsam Cœlesyria.
Mediam ac depressam montium duo cacumina cingũt,
Occidentalis Casii, & orientis Libani. Cassius mõs. Liban⁹ mõs.
Et hanc quidem multique & diuites homines tenent,
Non simul habitantes cognomines, sed deorsum:
Alij quidem in continente, qui sanè Syrij vocantur: Syri qui propriè
Alij autem prope mare sunt cognomento Phœnices, Phœnices.
Eorum hominum ex stirpe qui Erythræi fuerunt, Erythræi po.
Qui primi nauibus periculum fecerunt maris,
Primi item mercaturam mariuagam excogitarunt,
Atq; profundam cœlestium siderum viam obseruarunt.
Qui Iopen, & Gazam, Elaidémque incolunt, Iope.
Et Tyrum vetustam, Berytique terram amœnam, Gaza. Elais.
Byblúmque maritimam, & Sidonem floridam, Tyros.
Habitatam venusti ad fluenta Bostreni, Berytos. Byblos.
Et Tripolim pinguem, Orthosidáque, Marathúmq;, Sidon.
Laodicénque, quæ sita est ad litora maris: Bosternus fl. Tripolis.
Et Neptunia opera, & sacra Tempe Daphnes, Orthosis.
Vbi quidem Antiochi de nomine dicta est Antiochia. Marathos. Laodice.
Cæterùm in medijs Apamea oppidum. Daphne.
Huius autem ad ortum delabitur liquidus Antiochia. Apamea.
Immensus, Antiochi mediam regionem dirimens; Orontes fl.
Porrò tota pinguísque & pascua est regio,
Oues ad pascendas, & ad augendum arboribus fructum.
Hanc antẽ videmus vltra, magis australẽ viã pergẽtes,
Arabici sinus intimum cursum, qui inter
Voluitur Syriámque, & Arabiam amœnam,
Paulum ad orientem conuersus, vsque ad Selanos. Selani pop.
At vltra Libanum ad ortum solis, Idem paulò
Alterius Syriæ longa producitur terra, post.
Quæ protrahitur etiam vsque ad Sinopen, quæ mari Superior Syria.
alluitur. Sinope opp.

Atque huius media quidem in continente vasta
Cappadoces. *Cappadoces habitant, periti artis equestris.*
Assyrij. *Assyrij verò mare iuxta, ad ostium Thermodoontis.*
Huius autem ad orientem, montibus ab excelsis,
Cernitur immensi fluuij fluxus Euphratæ.

Syriæ populi.

Idumæi Syriæ populi vicini Arabibus à meridie:
& Iudæis à Septentrione, & occidente.

Valer. Flaccus ad Vespasian. *— versam proles tua pandit Idumen,*
(Nanque potest) Solymo nigrantem puluere fratrem,
Spargentémque faces, & in omni turre furentem.

Iudæi populi Syriæ supra Idumæos, & Arabas.

Claud. in Eutrop. lib. I. Sophene. *In mersem veniunt Cilices, Iudæa, Sophene.*
— & quicquid inane
Nutrit, Iudaicis quæ pingitur India velis.
Idem in eundem, eodem libro. *Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.*
Cùm dedit ille locum, cophino fœnóque relicto,
Iudæi à Paganis irrisi. Iuuenal. Satyr. 6. *Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem*
Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos
Arboris, ac summi fida internuntia cœli.
Implet & illa manum: sed parcius are minuto,
Iudæi post euersam Hierosoly. diuinationibus addicti. *Qualiacunque voles Iudæi somnia vendunt.*
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calida pulmone columbæ
Tractato.
Sabbathum Iudæorum. Idem Sat. 14. *Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,*
Nil præter nubes, & cœli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges

Iudæi-

Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes: Moſes.
Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere Verpos. Iudæi Verpi dicti.
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæque fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.

Iudæa, & Galilæa regiones.

Mixtæ ſectantur turbæ Solymique, Syrique, Iuuenc. Preſbyt. lib. 1.
Et Iudæa frequens populis, Galilæaque pubes,
Quos & Iordanis dirimit ſtagnante fluento.

Palæſtina regio Syriæ Iudæis vicina, & maritima ad mare Syriacum.

Venit ad Euphratem comitata Cupidine paruo: Ouid. Faſt. lib. 2.
Inq; Palæſtinæ margine ſedit aquæ.
Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes Tibull. lib. 1.
Alba Palæſtino ſancta columba Syro?
Et modò tolle faces: remoue, modò verbera, clamat, Ouid. Faſt. lib. 4.
Sæpe Palæſtinas iurat adeſſe deas.

Phœnicia, ſeu Syrophœnicia regio Aſiæ ſupra Iudæam, & montem Libanum.

Sed cùm peruigiles placet inſtaurare popinas, Iuuen. ſaty. 8.
Obuius aſſiduo Syrophœnix vdus amomo,
Currit, Idumææ Syrophœnix incola portæ.

Tyrus ciuitas Phœniciæ.

Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharóſque, Ouid. Meta. lib. 15.
Et Phœniſſa Tyros: quarum nunc inſula nulla eſt.
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas, Propert. lib. 2.
Et iubet ex ipſa tollere dona Tyro.
Tu rapidum Euphratem, & regia Bactra, ſacráſque Stat. ſyl. li. 3.

Zeugma. *Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ,*
Idume. *Pacis iter: qua dulce nemus florentis Idumes,*
Quà pretiosa Tyros rubeat, quà purpura succo
Sidonijs iterata vadis. vbi germine primum
Balsamũ in Iudæa. *Candida felices sudent ope balsama virgæ.*
Tibull. lib. 1. *Vtq; maris vastum prospectet turribus æquor*
Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Sidon oppidum Phœniciæ.

Stat. Syl. li. 1. *Quasq; Tyrus niueas secat, & Sidonia rupes.*
Lucr. lib. 6. *Diffindens terram magnum concinnat hiatum:*
Purpura Tyria, & Sidonia optimæ. *In Tyria Sidone quod accidit.*
Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro
Ouid. Trist. lib 4. *Dux fuerat belli, proximus ille duci.*
Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,
Idem de Pōto lib. 1. *Poneret vt muros in meliore loco.*
Cadmus fuit Sidonius.

Antiochia ciuitas Cœlosyriæ.

Ausonius de claris vrbibus. *Tertia Phœbëæ lauri domus, Antiochia,*
Vellet Alexandri si quarta colonia poni.
Ambarum locus vnus: & has furor ambitionis
In certamen agit. Vitiorum turbida vulgo
Vtráque & amentis populi malè sana tumultu.
Hac Nilo munita quòd est, penitúsque repostis
Insinuata locis fœcunda, sitúque superbit.
Illa quod infidis opponitur æmula Persis.
Et vos ite pares: Macedúmque attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit: ille Seleucum
Nuncupat. Ingenuum cuius fuit anchora signum.
Qualis inusta solet, generis nota certa per omnem
Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.

Orontes

Orontes fluuius Asiæ alluens Antiochiam.

— quales non diuite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
— Syriæ tractus vastantur amœni,
Assuetúmque choris, & lata plebe canorum
Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.
Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes.

Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 3. Apollinis templum fuit olim Antiochiæ. Idem in Rufinum lib. 2. Ouid. Meta. lib. 2.

CILICIA MARITIMA REgio Asiæ supra Syriam.

IN de autem in Orientem, obliquum circunsecat tramitem
Multum introgressum circunfluum mare,
Vicinum Euxino vndoso æquori.
Ille sanè Cilicum trahitur circum gentes sinus
Longus in Orientem: Asiæ verò angustias vocant.
Atque in hunc quidem multorum fluminum commiscetur vnda,
Procul venientium, Pyramíque, & Pinari,
Cydniq; sinuosi mediam per Tarsum euntis,
Tarsum bene structam, vbi quondam Pegasus equus,
Ungula amissa, loco reliquit nomen, quando ex equo
Ad Iouis domicilium proficiscens decidit heros Bellerophon.
Illic etiamnum campus Aloeius, cuius in dorso
Ab hominibus seorsum oberrans versabatur.
Multæ autem deinceps Cilicum sunt vrbes,
Lyrnessus. Mallúsque, atque Anchialia, Soliq;:
Aliæ quidem in continẽte, aliæ verò ipsum prope mare,

Dionysius. Portæ Ciliciæ. Pyramus fl. Pinarus fl. Cydnus fl. Tarsos opp. Lyrnessus. Mallus. Anchialia. Soli.

Commageni populi. *Post has autem, Commagenum solum, Syriaq́, oppida,*
Littore in inflexo longè protracta. circum nanque tractus
In occasum conuersus est cani maris, vsque ad iugum
Montis maritimi, alta habentis præcipitia Casii.
Facilè autem tibi reliquum cursum eloquar
Terrarum Asiæ. verùm hæc tibi verba in mente hæreant:
Neque à ventis feratur elaboratorum gratia operum.
Etenim si mihi planè hanc perceperis viam,
Profectò etiam aliis peritè memorare possis
Et fluuios, & vrbium situm, & regionem vnamquanq;.

Luc. lib. 8. *— Cilicum per littora tutus*
Parua puppe fugit: sequitur pars magna senatus
Celendri op. *Ad profugum collecta ducem: paruísque Celendris,*
Selinus fl. *Quo portu mittítque rates, recipítque Selinus.*
Palin. in Leone. *—Cilicásque rapáces.*
Cenis odoratis vt luceat ignibus æther?
Ouid. Fast. lib. 1. *Et sonet accensis spica Cilissa focis?*
Crocus optimus in Cilicia. *Deseritur Taurique nemus. Persaáque Tarsos,*
Coriciúmque patens exesis rupibus antrum.
Tarsos. *Mallos, & externa resonant naualibus Ægæ.*
Luc. lib. 3. *Itq; Cilix iusta iam non pirata carina.*
Corycíũ antrum.
Mallos.
Ægæ.

Taurus mons Asiam diuidens.

Dionysius. *Medium verò amborum terræ immersus Isthmus finit,*
Hinc & inde longis porrectus campis.
Medium verò totius Asiæ mons circuit
Orsus à terra Pamphylia, ad Indos etiam vsque,
Interdum quidem obliquus & curuus, interdum verò rursus
Vestigiis rectior: Taurum verò ipsum nominant,

Eo quòd tauro similis, & acutum caput habens incedit,
Montibus spatiosis multifidus hinc inde.
Ex quo innumeri amnes cum strepitu fluunt:
Hi quidem ad borea, illi verò ad austrum, quidam item ad impetum flatum
Euri, & Zephyri. quis omnia nomina retulerit?
Nec certè cognomentum vnicum adeptus est, verùm in vnoquoque
Nomen habet anfractu. Hæc autem illis curæ sint
Hominibus, qui in loco illo vicinam domum posuere.
Nunc quidē gentes omnes percurram quotquot celebres
Incolunt: Musæ verò rectissimum vestigium ducant.
Ardet Athos, Taurísque Cilix. — Ouid. Met. lib. 2.
Quantus & Æthereo contingens vertice nubes
Frigidus intonsos Taurus alat Cilicas. Tibull. lib. 1.
Extra Cimmerias Taurorum claustra paludes Claud. in Eutrop. lib. 1.
Flos Syriæ feruet: spoliis nec sufficit atrox.

Euphrates fluuius Asiæ diuidens Occidentalem Asiam ab Orientali.

Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes. Ouid. Met. lib. 2.
Huius autem ad Orientem, montibus ab excelsis, Dionysius.
Cernitur immensi fluuij fluxus Euphratæ,
Qui sanè primùm quidem è monte Armenio
Longus in austrum progreditur: rursum verò anfractus contorquens
Contra Solem, mediam Babylonem præterlapsus,
Persici in maris fluctum rapidam euomit spumam,
Extremis fluentis Teredonem iuxta means.
Iam negat Euphrates equitem post terga tueri Propert. lib. 2.
Parthorum, & Crassos se tenuisse dolet.
Quáque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diuersis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes,

Quod potius, sit nomen aquis, sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ.

ASSYRIA ET MEDIA.

Lucan. *ET polus Assyrias alter noctésque, diésque*
Vertit, & abruptum est nostro mare discolor vnda,
Oceanúsque suus, regnandi sola voluptas.
Celsior in campis sonipes, & fortior arcus,
Nec puer, aut senior lethales tendere neruos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta.
Primi Pellæas arcu fregere Sarissas,
Bactráque Medorum sedem, murísque superbam
Assyrias Babylona domos. nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audéntque in bella venire
Experti Scythicas, Crasso pereunte, sagittas.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro
Stridula, sed multo saturantur tela veneno:
Vulnera parua nocēt, fatúmque in sanguine summo est.

Huius Asię regiones, & populi sunt Assyrij Medi.

Dionysius. *Verùm quum Armenios montes vltra perrexeris*
In orientem, tunc deinde Medicæ tempe amœna loca inuenies.
Quorum quidem ad boream valde florentem terram tenent
Geli. *Gelique, Mardique, & homines Atropateni:*
Atropateni. Mardi. Medi. *Ad austrum autem habitāt illustrium gētes Medorū,*
Ex illa scilicet stirpe illustri prognati,
Æetæ filiæ, inculpatæ heroines.
Quum enim Actæi iuxta fluentum Ilissi

Venena

Venena molita esset exitiosa filio Pandionis,
Pudore quidem locum illum reliquit: atque in vastam,
Oberrans per homines, cognominem venit terram,
Non quidem longè à Colchis: Colchorum tamen terram adire Colchis
Haud ei licebat. iram enim sui pertimescebat patris.
Quamobrem in hunc vsque diem venefici homines sunt,
Regionem incolentes immensam, alij quidem ad ipsas
Cautes, quæ gignunt obscurum narcissiten.
Alij verò procul in gramineis siti pratis,
Greges pulchros pascentes, valde oneratos velleribus,
Tantum in orientem versi, vsque ad portas Caspias, quæ sunt profundis sub rupibus,
Claustra terræ Asianæ: quâ via
Extensa est & in boream & in austrum euntibus.
Illa quidem ad Hyrcanos, hæc verò ad montes Persicæ terræ.
Media fert tristes succos, tardúmque saporem Medicum malû quod Citreum vocamus è Media regione.
Felicis mali: quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba, *Virg. Georg.*
Auxilium venit, ac membris agit atra venena. *lib. 2.*
Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat. folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprimè tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.
Sed neque Medorum siluæ, ditissima terra,
Eoam tentare fidem, populósque bibentes *Idem lib. 8.*
Euphratem, & adhuc securum à Cæsare Tigrim.
Diuidit Euphrates ingenten gurgite mundum. *Claud. de 4.*
Vos celer Euphrates timeat: *consul. Hono.*

Non certè illius pascua vituperabit bubulcus,
Vel quicunque fistula corneam habentem virgulam
Panem celebrans
Oues in agro stabulantes sequitur: neque sanè syluam.
Omnigenam fructuum vituperaritis, qui operam ponit circa plantas.
Talis in illa cultura ad producendum
Herbam, & pascua florida, atque etiam hominum
Stirpem, pulcherrimámque immortalibus similem.
Huius quidem ad Boream pinge solum habitant
Homines Armeniique, & cominus habitātes Matiani, Matiani.
In montibus siti, fluuium ante Euphratem,
Pingues, opulentique, & Martis bene gnari.

Carrhæ vrbs Mesopotamiæ.

Arma ducum dirimens miserando funere Crassus Lucan. lib. 1.
Assyrias Latio maculauit sanguine Carrhas.

ASIÆ DESCRIPTIO EIVS, QVÆ intra mare Caspium, Indum fluuium, & mare tum Persicum, tum Indicum continetur.

Quin agite, Eoum comites properemus in orbem. Lucan. lib. 8.
Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum,
Caspiáque immensos seducunt claustra recessus; Verg. lib. 2. Georg.
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent.

Chaldæa regio, quæ & Babylonia dicitur, cuius metropolis est Babylon.

Dionysius. *Austrum autem versus, Babylon, sacra vrbs: quam quidem totam*
Mœnibus infractis Semiramis circumdedit.
Caterùm in arce vrbis ingentem domum condidit
Belo, auróque, & ebore, atque argento exornans.
Babylonia plana regio. *Atque huius quidem planicies ingens: ibíque multa*
In summo comantes palmæ fornicata nascuntur.
Iam verò & auro fert plus gratiæ habens aliud,
Palmæ in Babylonia nascuntur. *Humidæ berylli glaucum lapidem, qui in loco illo*
Nascitur apud effluuia ophiten intra lapidem.
Beryllus. *Caterùm supra Babylonem, ad flatum boreæ,*
Cissi populi. Messabetæ populi. *Cissi, Messabetæ, Chalonitæq; habitant.*
Chalonitæ populi. *Eripiat Lunare iubar, quid signa sagacis*
Ægypti valeant, quâ gens Chaldæa vocatis
Claud. in Ruff. lib. 1. *Imperat arte Deis.*
Chaldæis sed maior erit fiducia, quicquid
Chaldæi diuini. *Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum*
Iuuenalis Satyra 6. *Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant:*
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Claud. in Eutrop. lib. 1. *—claras Carthaginis arces*
Creditur, & centum portis Babylona superbam
Babylon vrbs amplissima. *Femineus struxisse labor.*
Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Propert. lib. 3. *Vt solidum cocto tolleret aggere opus.*
Et duo in aduersum misit per mœnia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus:
Duxit & Euphratem medium, qua condidit arces,
Bactri pop. *Iussit & imperio surgere Bactra caput.*

PERSIS

PERSIS BABYLONIAM excipit, versus meridiem.

SIn autem te quoque Persas noscendi dulce desiderium capit, Dionysius.
Perspicuè tibi etiam eorum gentem eloquar,
Atque cursum perennium fluminum, mōtiúmque viás.
Soli enim Asiæ florentissimam regno gentem habent,
Soli item grandes diuitias in domibus reposuerunt,
Quando Mæoniam & Sardias depopulati sunt.
Aurea sanè illorum quidem in corpore arma hominum,
Aurea etiam equis in oribus frana, Persæ aureis
Auro item circa pedes ornant calceamenta. vtuntur armis.
Tanta enim ipsis diuitiæ sunt immensæ.
Cæterùm tibi proposita sit Persis tota magnis circundata montibus terra,
Caspiis portis magis australem viam habens, Caspium
Porrecta etiam vsque ad cognomine mare. mare.
Trifariā autem habitant separatim: hi quidē, sub Arcto
Sagittariorū vmbrosis adiacentes montibus Medorum: Medi populi.
Illi verò, mediterranei: reliqui in austrū, vsq; ad mare.
Primò Sabæ, post hos Pasargadæ: propè verò Tasci, Sabæ populi.
Aliiq; qui habitāt in diuersis partibus. Persicā terram, Pasargadæ populi.
Atque hanc quidē multi amnes vndique pingue faciūt, Tasci pop.
Huc atque illuc flexuosis acti fluentis:
Seorsum quidē Chorus est vastus, seorsū verò Choaspis, Chorus fl.
Trahens Indicam vndā, præterfluens terram Susorum. Choaspis fl. Susi populi.
Te Persæ cecinere Magi, te sensit Etruscus Claud. de 4.
Augur, & inspectis Babylonius horruit astris. Honorij consulatu.
Chaldæi stupuere senes, Cumanáque rursus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.

Persæ Solem pro Deo coluerunt.
Ouid. Fast. lib. 1.
Idem de Põto lib. 5.
Persæ braccis vtebãtur.

Placat equo Persis radiis Hiperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda deo.
Hos quoque qui geniti Graia creduntur ab vrbe,
Pro patrio cultu Persica braccha tegit.

PARTHI.

Dionysius.

AT verò portarum quidem sub pede Caspiarum
Parthi degunt Martij, curuis arcubus vtentes,
Omnigeni belli periti. Nec enim aratro
Sulcum dirigunt findentes arua,
Neque in nauibus mare secant remis,
Nec item pabulo pascunt boum genus: sed à natiuitate
Pueri arcubus atque equitationibus dediti sunt.
Semper autem streperam per terram auditur stridor iaculorum,
Aut telorum: passim etiam alipedum cursus equorum
Ruentium: non enim ipsis fas cibum sumere,
Quin prius ex belli laborib⁹ caput sudore perfuderint,
Viuunt autem prædis hasta quæsiti alimenti.
Veruntamen prælio indomiti quamuis essent,
Ausonij regis mansuefecit eos cuspis.

Parthorum exercitationes.

Lucan. lib. 8.

—nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audéntque in bella venire,
Experti Scythicas, Crasso pereunte, sagittas.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro
Stridula, sed multo saturantur tela veneno:
Vulnera parua nocẽt, fatúmque in sanguine summo est.

Parthi veneno inficiunt sagittas suas.

Paling. in Leone.

—Parthósque arcu pugnare peritos.

Ouid. Trist. lib. 2.

Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captáque signa manu.

Bactri,

Bactri, Hyrcanni, & Besſi vicini Parthis ad Septentrionem.

Pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem, Lucan. lib. 3.
Contenti fecisse duos. tinxere ſagittas
Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Bactrus fl.
Includit gelido, vaſtiſque Hyrcania ſyluis.
Primi quidem Scythæ ſunt, qui Saturnium prope mare Dionyſius.
Maritimam oram incolunt ad oſtium Caſpij maris.
—prope autem Mardi,
Hyrcanique, Tapyrique. poſt autem ipſos tractū ſinuat
Mardus, Dercebiorúmque & diuitum potus Dercebij po.
Bactrorum.
Amborū nanque medius in Hyrcaniū mare effunditur. Hyrcani po.
Sed nimirum Bactri quidem in continente poſſident
Regionem latiorem, ſub iugis Parnaſſi: Parnaſſus mons Hyrcaniæ.
Dercebij autem altera ex parte ad vndas Caſpias.
Laudibus Italiæ certent non Bactra, neque Indi, Virg. Georg. lib. 2.
Totáque turriferis Panchaia pinguis arenis.
—inque vicem medios narrabimus annos, Stat. Syl. lib. 3.
Tu rapidum Euphraten, & regia Bactra, ſacráſque
Antiqua Babylonis opes.
Quid Seres, & regnata Cyro Horat. carm. lib. 3.
Bactra parent, Tanaíſque diſcors.
Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris Valer. Flac. Arg. lib. 6.
Cyris in arma viros. Cyris oppid.

Seres vicini Indis populi, à quibus Sericum inuentum.

—quæritur iam Seras auaros Stat. lib. 1. Syluar.
Auguſtum ſpoliaſſe nemus.
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? Vergil. lib. 2. Georg.
Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres?

Claud. libr. 1. in Eutrop. *Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres.*

INDIA, PARS ASIÆ MAXIME Orientalis, cuius initium est Indus fluuius: Mediam secat Ganges.

Indiæ descriptio.

Dionysius. *ORtum autem versus, Indorum amœna expanditur*
Terra, omnium extrema, ad littora Oceani.
Quam exoriens, diuorum ad opera & hominum,
Sol primis illustrat radiis.
Indorum color. *Quare terræ habitatores quidem corpore subfusci sunt,*
Mirè pingues, similésque hyacintho
Fusci Indi. *Pinguissimas gestant in capite comas.*
Horum autem quidam auri scrutantur originem,
Arenam fodientes curuatis aptè ligonibus:
Indici Elephantes. *Alij telas texunt lino elaboratas: alij elephantum*
Candidos sectos radunt dentes:
Alij vestigant apud effluuia torrentium,
Beryllus. Adamas. Iaspis. *Aut berylli glaucam gemmam, aut adamantem*
Relucentem, aut viridi colore pellucentem iaspim,
Aut etiã glauco splendẽtem colore lapidẽ nitidi topazi,
India gemmarum ferax. *Atque dulcem amethystum leuiter purpurascentem.*
Omnigenas enim terra apud illos homines diuitias producit,
Perennibus fluuiis irrigua hinc inde.
Iam verò & prata assiduè comata sunt foliis.
Frugum ferax. *Alibi enim milium crescit, alibi autem*
Syluæ virescunt calami Erythræi.
Attende autem, vt tibi figuram, & fluuios referam,

Mon-

Montésque excelsos, & ipsius gentes terræ.
Nempe quatuor in lateribus stabilita est
Omnibus obliquis, similis figuræ rhombi.
Sed enim occidētalibus quidē conterminus aquis Indus Indus fl.
Terrā abscindit: ad austrum verò, maris fluctus rubri:
Ganges autem ad orientem: verùm Caucasus ad polum Ganges fl.
vrsarum.
Atque hàc quidem multique & beati homines tenent,
Non vnà habitantes cognomines, sed diuersè separati
Fluuium quidem prope Indum Dardanenses, Dardanenses populi.
Vbi flexuosum è rupibus Acesinem Acesines fl.
Delabentem excipit remigabilis nauibus Hydaspes. Hydaspes fl.
Hos verò iuxta & Cophes tertius sequitur, cuius argentei sunt vortices. Cophes.
Horum autem medij habitant Sabæ, atque Toxili viri, Sabæ.
Scodri verò deinceps: consequūtur autem agrestes gentes Toxili. Scodri.
Peucaneorum: verùm post illos, Bacchi cultores Peucanei.
Gargaridæ habitant: vbi auri materiam Gargaridæ.
Pulchram Hypanísque vehit, vastúsque Megarsus, Hypanis. Megarsus.
Rapidissimi fluuiorum. è monte autem Emodo Emodus
Profecti promanant in Gangeticam regionem, mons.
Ad austrum tracti ad fines Colidis terræ. Colis regio.
Hæc autem prominet in Oceanum profundos habētem vortices,
Ardua, veloces quam vix ingrediuntur aues.
Quare ipsam & homines cognominant Aornim. Aornis rupes.
Est autem quidā mirandus pulchrifluum prope Gangē
Locus honoratus, ac sacer, quem olim Bacchus
Iratus calcauit, quum mutarentur quidem molles
Mænadum nebrides in clypeos, in ensem verò
Thyrsi prorumperent, atque in spiram draconum,
Balteique & capreoli flexuosæ vitis,
Tunc quum præ stultitia, dei despexerunt festum.

Zeugma. *Antiqua Babylonis opes, & Zeugma Latina,*
Idume. *Pacis iter: qua dulce nemus florentis Idumes,*
Quà pretiosa Tyros rubeat, quà purpura succo
Sidonijs iterata vadis. vbi germine primum
Balsamú in Iudæa. *Candida felices sudent ope balsama virgæ.*
Tibull. lib. 1. *Vtq; maris vastum prospectet turribus æquor*
Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Sidon oppidum Phœniciæ.

Stat. Syl. li. 1. *Quasq; Tyrus niueas secat, & Sidonia rupes.*
Lucr. lib. 6. *Diffindens terram magnum concinnat hiatum:*
Purpura Tyria, & Sidonia optimæ. *In Tyria Sidone quod accidit.*
Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro
Ouid. Trist. lib 4. *Dux fuerat belli, proximus ille duci.*
Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,
Idem de Põto lib. 1. *Poneret vt muros in meliore loco.*

Cadmus fuit Sidonius.

Antiochia ciuitas Cœlosyriæ.

Ausonius de claris vrbibus. *Tertia Phœbeæ lauri domus, Antiochia,*
Vellet Alexandri si quarta colonia poni.
Ambarum locus vnus: & has furor ambitionis
In certamen agit. Vitiorum turbida vulgo
Vtráque & amentis populi malè sana tumultu,
Hæc Nilo munita quòd est. penitúsque repostis
Insinuata locis fœcunda, sitúque superbit.
Illa quod infidis opponitur æmula Persis.
Et vos ite pares: Macedúmque attollite nomen.
Magnus Alexander te condidit: ille Seleucum
Nuncupat. Ingenuum cuius fuit anchora signum.
Qualis inusta solet, generis nota certa per omnem
Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.

Orontes

Orontes fluuius Asiæ alluens Antiochiam.

— quales non diuite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
— Syriæ tractus vastantur amœni,
Assuetúmque choris, & lata plebe canorum
Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.
Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes.

Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 3.
Apollinis téplum fuit olim Antiochiæ.
Idem in Rufinum lib. 2.
Ouid. Meta. lib. 2.

CILICIA MARITIMA REGIO Asiæ supra Syriam.

IN de autem in Orientem, obliquum circunsecat tramitem
Multum introgressum circunfluum mare,
Vicinum Euxino vndoso æquori.
Ille sanè Cilicum trahitur circum gentes sinus
Longus in Orientem: Asiæ verò angustias vocant.
Atque in hunc quidem multorum fluminum commiscetur vnda,
Procul venientium, Pyramíque, & Pinari,
Cydníq; sinuosi mediam per Tarsum euntis,
Tarsum bene structam, vbi quondam Pegasus equus,
Vngula amissa, loco reliquit nomen, quando ex equo
Ad Iouis domicilium proficiscens decidit heros Bellerophon.
Illic etiamnum campus Aloeius, cuius in dorso
Ab hominibus seorsum oberrans versabatur.
Multa autem deinceps Cilicum sunt vrbes,
Lyrnessus, Mallúsque, atque Anchialia, Soliq;:
Alia quidem in continẽte, alia verò ipsum prope mare,

Dionysius.
Portæ Ciliciæ.
Pyramus fl.
Pinarus fl.
Cydnus fl.
Tarsos opp.
Lyrnessus.
Mallus.
Anchialia.
Soli.

Commageni populi. *Post has autem, Commagenum solum, Syriaq; oppida,*
Littore in inflexo longè protracta. circum nanque tractus
In occasum conuersus est cani maris, vsque ad iugum
Montis maritimi, alta habentis præcipitia Casii.
Facilè autem tibi reliquum cursum eloquar
Terrarum Asiæ. verùm hæc tibi verba in mente hæreant:
Neque à ventis feratur elaboratorum gratia operum.
Etenim si mihi planè hanc perceperis viam,
Profectò etiam aliis peritè memorare possis
Et fluuios, & vrbium situm, & regionem vnamquanq;.

Luc. lib. 8. *— Cilicum per littora tutus*
Parua puppe fugit: sequitur pars magna senatus
Celendri op. *Ad profugum collecta ducem: paruisque Celendris,*
Selinus fl. *Quo portu mittitque rates, recipitque Selinus.*
Palin. in Leone. *— Cilicásque rapaces.*
Cenis odoratis vt luceat ignibus æther?
Ouid. Fast. lib. 1. *Et sonet accensis spica Cilissa focis?*
Crocus optimus in Cilicia. *Describitur Taurique nemus. Persæáque Tarsos,*
Tarsos. *Coriciúmque patens exesis rupibus antrum.*
Luc. lib. 3. *Mallos, & externæ resonant naualibus Ægæ.*
Coryciũ antrum. Mallos. Ægæ. *Itq; Cilix iusta iam non pirata carina.*

Taurus mons Asiam diuidens.

Dionysius. *Medium verò amborum terræ immersus Isthmus finit,*
Hinc & inde longis porrectus campis.
Medium verò totius Asiæ mons circuit
Orsus à terra Pamphylia, ad Indos etiam vsque,
Interdum quidem obliquus & curuus, interdum verò rursus
Vestigiis rectior: Taurum verò ipsum nominarit,

Eo

Eo quòd tauro similis, & acutum caput habens incedit,
Montibus spatiosis multifidus hinc inde.
Ex quo innumeri amnes cum strepitu fluunt:
Hi quidem ad borea, illi verò ad austrum, quidam item ad impetum flatum
Euri, & Zephyri. quis omnia nomina retulerit?
Nec certè cognomentum vnicum adeptus est, verùm in vnoquoque
Nomen habet anfractu. Hæc autem illis curæ sint
Hominibus, qui in loco illo vicinam domum posuere.
Nunc quidē gentes omnes percurram quotquot celebres
Incolunt: Musæ verò rectissimum vestigium ducant.
Ardet Athos, Taurísque Cilix. — Ouid. Met. lib. 2.
Quantus & Æthereo contingens vertice nubes Tibull. lib. 1.
Frigidus intonsos Taurus alat Cilicas.
Extra Cimmerias Taurorum claustra paludes Claud. in Eutrop. lib. 1.
Flos Syriæ feruet: spoliis nec sufficit atrox.

Euphrates fluuius Asiæ diuidens Occidentalem Asiam ab Orientali.

Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes. Ouid. Met. lib. 2.
Huius autem ad Orientem, montibus ab excelsis, Dionysius.
Cernitur immensi fluuij fluxus Euphratæ,
Qui sanè primùm quidem è monte Armenio
Longus in austrum progreditur: rursum verò anfractus contorquens
Contra Solem, mediam Babylonem præterlapsus,
Persici in maris fluctum rapidam euomit spumam,
Extremis fluentis Teredonem iuxta means.
Iam negat Euphrates equitem post terga tueri Propert. lib. 2.
Parthorum, & Crassos se tenuisse dolet.
Quáque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diuersis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes,

Quod potius, sit nomen aquis, sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur undæ.

ASSYRIA ET MEDIA.

Lucan. *ET polus Assyrias alter noctésque, diésque*
Vertit, & abruptum est nostro mare discolor unda,
Oceanúsque suus. regnandi sola voluptas.
Celsior in campis sonipes, & fortior arcus,
Nec puer, aut senior lethales tendere neruos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta.
Primi Pellæas arcu fregere Sarissas,
Bactráque Medorum sedem, murísque superbam
Assyrias Babylona domos. nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audéntque in bella venire
Experti Scythicas, Crasso pereunte, sagittas.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro
Stridula, sed multo saturantur tela veneno:
Vulnera parua nocēt, fatúmque in sanguine summo est.

Huius Asiæ regiones, & populi sunt Assyrij Medi.

Dionysius. *Verùm quum Armenios montes vltra perrexeris*
In orientem, tunc deinde Medicæ tempe amœna loca
inuenies.
Quorum quidem ad boream valde florentem terram
tenent
Geli. Atropateni. *Gelíque, Mardíque, & homines Atropateni:*
Mardi. *Ad austrum autem habitāt illustrium gētes Medorū,*
Medi. *Ex illa scilicet stirpe illustri prognati,*
Æetæ filiæ, inculpatæ heroines.
Quum enim Actæi iuxta fluentum Ilissi

Venena

Venena molita esset exitiosa filio Pandionis,
Pudore quidem locum illum reliquit: atque in vastam,
Oberrans per homines, cognominem venit terram,
Non quidem longè à Colchis: Colchorum tamen terram adire Colchis
Haud ei licebat. iram enim sui pertimescebat patris.
Quamobrem in hunc vsque diem venefici homines sunt,
Regionem incolentes immensam, alij quidem ad ipsas
Cautes, quæ gignunt obscurum narcissiten.
Alij verò procul in gramineis siti pratis,
Greges pulchros pascentes, valde oneratos velleribus,
Tantum in orientem versi, vsque ad portas Caspias, quæ sunt profundis sub rupibus,
Claustra terræ Asianæ: quâ via
Extensa est & in boream & in austrum euntibus,
Illa quidem ad Hyrcanos, hæc verò ad montes Persicæ terræ.

Media fert tristes succos, tardúmque saporem
Felicis mali: quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat. folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprimè tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

Medicum malū quod Citreum vocamus è Media regione. *Virg. Georg. lib. 2.*

Sed neque Medorum siluæ, ditissima terra,
Eoam tentare fidem, populósque bibentes
Euphratem, & adhuc securum à Cæsare Tigrim.

Idem lib. 8.

Diuidit Euphrates ingenten gurgite mundum.
Vos celer Euphrates timeat:

Claud. de 4. consul. Hono.

Non certè illius pascua vituperabit bubulcus,
Vel quicunque fistula corneam habentem vngulam
Panem celebrans
Oues in agro stabulantes sequitur: neque sanè syluam.
Omnigenam fructuum vituperaritis, qui operam ponit
circa plantas.
Talis in illa cultura ad producendum
Herbam, & pascua florida, atque etiam hominum
Stirpem, pulcherrimámque immortalibus similem.
Huius quidem ad Boream pinge solum habitant
Homines Armeniique, & cominus habitãtes Matiani, Matiani.
In montibus siti, fluuium ante Euphratem,
Pingues, opulentíque, & Martis bene gnari.

Carrhæ vrbs Mesopotamiæ.

Arma ducum dirimens miserando funere Crassus Lucan. lib. 1.
Assyrias Latio maculauit sanguine Carrhas.

ASIÆ DESCRIPTIO EIVS, QVÆ intra mare Caspium, Indum fluuium, & mare tum Persicum, tum Indicum continetur.

QVin agite, Eoum comites properemus in orbem. Lucan. lib. 8.
Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum,
Caspiáque immensos seducunt claustra recessus, Verg. lib. 2. Georg.
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent.

Chaldæa regio, quæ & Babylonia dicitur, cuius metropolis est Babylon.

Dionysius. *Austrum autem versus, Babylon, sacra vrbs: quam quidem totam*
Mœnibus infractis Semiramis circumdedit.
Caterùm in arce vrbis ingentem domum condidit
Belo, auróque, & ebore, atque argento exornans.
Babylonia plana regio. *Atque huius quidem planicies ingens: ibíque multæ*
In summo comantes palmæ fornicatæ nascuntur.
Iam verò & auro fert plus gratiæ habens aliud,
Palmæ in Babylonia nascuntur. *Humidæ beryllis glaucum lapidem, qui in loco illo*
Nascitur apud effluuia ophiten intra lapidem.
Beryllus. *Caterùm supra Babylonem, ad flatum boreæ,*
Cissi populi. Messabetæ populi. *Cissi, Messabetæ, Chaloniteq; habitant.*
Eripiat Lunare iubar, quid signa sagacis
Chalonitæ populi. *Ægypti valeant, quâ gens Chaldæa vocatis*
Claud. in *Imperat arte Deis.*
Ruff. lib. 1. *Chaldæis sed maior erit fiducia, quicquid*
Chaldæi diuini. *Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum*
Iuuenalis *Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant:*
Satyra 6. *Et genus humanum damnat caligo futuri.*
Claud. in Eu- *—claras Carthaginis arces*
trop. lib. 1. *Creditur, & centum portis Babylona superbam*
Babylon vrbs amplissima. *Femineus struxisse labor.*
Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Propert. lib. 3. *Vt solidum cocto tolleret aggere opus.*
Et duo in aduersum misit per mœnia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus:
Duxit & Euphratem medium, qua condidit arces,
Bactri pop. *Iussit & imperio surgere Bactra caput.*

PERSIS BABYLONIAM excipit, versus meridiem.

Sin autem te quoque Persas noscendi dulce desiderium capit, Dionysius.
Perspicuè tibi etiam eorum gentem eloquar,
Atque cursum perennium fluminum, mõtiúmque viás.
Soli enim Asiæ florentissimam regno gentem habent,
Soli item grandes diuitias in domibus reposuerunt,
Quando Maoniam & Sardias depopulati sunt.
Aurea sanè illorum quidem in corpore arma hominum,
Aurea etiam equis in oribus frena, Persæ aureis vtuntur armis.
Auro item circa pedes ornant calceamenta.
Tanta enim ipsis diuitiæ sunt immensæ.
Cæterùm tibi proposita sit Persis tota magnis circundata montibus terra,
Caspiis portis magis australem viam habens, Caspium mare.
Porrecta etiam vsque ad cognomine mare.
Trifariã autem habitant separatim: hi quidẽ, sub Arcto
Sagittariorũ vmbrosis adiacentes montibus Medorum: Medi populi.
Illi verò, mediterranei: reliqui in austrũ, vsq; ad mare.
Primò Sabæ, post hos Pasargadæ: propè verò Tasci, Sabæ populi.
Aliiq; qui habitãt in diuersis partibus. Persicã terram, Pasargadæ populi.
Atque hanc quidẽ multi amnes vndique pingue faciũt, Tasci pop.
Huc atque illuc flexuosis acti fluentis:
Seorsum quidẽ Chorus est vastus, seorsũ verò Choaspis, Chorus fl.
Trahens Indicam vndã, præterfluens terram Susorum. Choaspis fl. Susi populi.
Te Persæ cecinere Magi, te sensit Etruscus Claud. de 4.
Augur, & inspectis Babylonius horruit astris. Honorij consulatu.
Chaldæi stupuere senes, Cumanáque rursus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.

Persæ Solem pro Deo coluerunt.
Placat equo Persis radiis Hiperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda deo.
Ouid. Fast. lib. 1.
Hos quoque qui geniti Graia creduntur ab vrbe,
Pro patrio cultu Persica braccha tegit.
Idem de Pōto lib. 5.
Persæ braccis vtebãtur.

PARTHI.

Dionysius.

AT verò portarum quidem sub pede Caspiarum
Parthi degunt Martij, curuis arcubus vtentes,
Omnigeni belli periti. Nec enim aratro
Parthorum exercitationes.
Sulcum dirigunt findentes arua,
Neque in nauibus mare secant remis,
Nec item pabulo pascunt boum genus: sed à natiuitate
Pueri arcubus atque equitationibus dediti sunt.
Semper autem streperam per terram auditur stridor iaculorum,
Aut telorum: passim etiam alipedum cursus equorum
Ruentium: non enim ipsis fas cibum sumere,
Quin prius ex belli laborib⁹ caput sudore perfuderint,
Viuunt autem prædis hasta quæsiti alimenti.
Veruntamen prælio indomiti quamuis essent,
Ausonij regis mansuefecit eos cuspis.
Lucan. lib. 8.
—nec pila timentur
Parthi veneno inficiunt sagittas suas.
Nostra nimis Parthis, audéntque in bella venire,
Experti Scythicas, Crasso pereunte, sagittas.
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro
Stridula, sed multo saturantur tela veneno:
Vulnera parua nocēt, fatúmque in sanguine summo est.
Paling. in Leone.
—Parthósque arcu pugnare peritos.
Ouid. Trist. lib. 2.
Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captáque signa manu.

Bactri,

Bactri, Hyrcanni, & Besſi vicini Parthis ad Septentrionem.

Pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem, Lucan.lib.3.
Contenti feciſſe duos, tinxere ſagittas
Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Bactrus fl.
Includit gelido, vaſtíſque Hyrcania ſyluis.
Primi quidem Scythæ ſunt, qui Saturnium prope mare Dionyſius.
Maritimam oram incolunt ad oſtium Caſpij maris.
—prope autem Mardi,
Hyrcaniíque, Tapyrique. poſt autem ipſos tractũ ſinuat
Mardus, Dercebiorúmque & diuitum potus Dercebij po.
Bactrorum.
Amborũ nanque medius in Hyrcaniũ mare effunditur. Hyrcani po.
Sed nimirum Bactri quidem in continente poſſident
Regionem latiorem, ſub iugis Parnaſſi: Parnaſſus mons Hyrcaniæ.
Dercebij autem altera ex parte ad vndas Caſpias.
Laudibus Italiæ certent non Bactra, neque Indi, Virg.Georg. lib.2.
Totáque turriferis Panchaia pinguis arenis.
—inque vicem medios narrabimus annos, Sat.Syl.lib.3.
Tu rapidum Euphraten, & regia Bactra, ſacráſque
Antiqua Babylonis opes.
Quid Seres, & regnata Cyro Horat.carm. lib.3.
Bactra parent, Tanaíſque diſcors.
Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris Valer.Flac. Arg.lib.6.
Cyris in arma viros. Cyris oppid.

Seres vicini Indis populi, à quibus Sericum inuentum.

—quæritur iam Seras auaros Stat.lib.1. Syluar.
Auguſtum ſpoliaſſe nemus.
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? Vergil.lib.2. Georg.
Velles agi vt foliis depectant tenuia Seres?

Claud. libr. 1. in Eutrop. *Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres.*

INDIA, PARS ASIÆ MAXIME Orientalis, cuius initium est Indus fluuius: Mediam secat Ganges.

Indiæ descriptio.

Dionysius. *ORtum autem versus, Indorum amœna expanditur*
Terra, omnium extrema, ad littora Oceani.
Quam exoriens, duorum ad opera & hominum,
Sol primis illustrat radiis.
Indorum color. *Quare terræ habitatores quidem corpore subfusci sunt,*
Mirè pingues, similésque hyacintho
Fusci Indi. *Pinguissimas gestant in capite comas.*
Horum autem quidam auri scrutantur originem,
Arenam fodientes curuatis aptè ligonibus:
Indici Elephantes. *Alij telas texunt lino elaboratas: alij elephantum*
Candidos sectos radunt dentes:
Alij vestigant apud effluuia torrentium,
Beryllus. *Aut berylli glaucam gemmam, aut adamantem*
Adamas. Iaspis. *Relucentem, aut viridi colore pellucentem iaspim,*
Aut etiã glauco splendẽtem colore lapidẽ nitidi topazi,
India gemmarum ferax. *Atque dulcem amethystum leuiter purpurascentem.*
Omnigenas enim terra apud illos homines diuitias producit,
Perennibus fluuiis irrigua hinc inde.
Iam verò & prata assiduè comata sunt foliis.
Frugum ferax. *Alibi enim milium crescit, alibi autem*
Sylua virescunt calami Erythræi.
Attende autem, vt tibi figuram, & fluuios referam,

Montésque excelsos, & ipsius gentes terræ.
Nempe quatuor in lateribus stabilita est
Omnibus obliquis, similis figuræ rhombi.
Sed enim occidẽtalibus quidẽ conterminus aquis Indus Indus fl.
Terrã abscindit: ad austrum verò, maris fluctus rubri:
Ganges autem ad orientem: verùm Caucasus ad polum Ganges fl.
vrsarum.
Atque hãc quidem multíque & beati homines tenent,
Non vnà habitantes cognomines, sed diuersè separati
Fluuium quidem prope Indum Dardanenses, Dardanenses populi.
Vbi flexuosum è rupibus Acesinem Acesines fl.
Delabentem excipit remigabilis nauibus Hydaspes. Hydaspes fl.
Hos verò iuxta & Cophes tertius sequitur, cuius argentei sunt vortices. Cophes.
Horum autem medij habitant Sabæ, atque Toxili viri, Sabæ.
Scodri verò deinceps: consequũtur autem agrestes gentes Toxili. Scodri.
Peucaneorum: verùm post illos, Bacchi cultores Peucanei.
Gargaridæ habitant: vbi auri materiam Gargaridæ.
Pulchram Hypanísque vehit, vastúsque Megarsus, Hypanis.
Rapidissimi fluuiorum. è monte autem Emodo Megarsus.
Profecti promanant in Gangeticam regionem, Emodus mons.
Ad austrum tracti ad fines Colidis terræ. Colis regio.
Hæc autem prominet in Oceanum profundos habẽtem vortices,
Ardua, veloces quam vix ingrediuntur aues.
Quare ipsam & homines cognominant Aornim. Aornis rupes.
Est autem quidã mirandus pulchrifluum prope Gangẽ
Locus honoratus, ac sacer, quem olim Bacchus
Iratus calcauit, quum mutarentur quidem molles
Mænadum nebrides in clypeos, in ensem verò
Thyrsi prorumperent, atque in spiram draconum,
Balteique & capreoli flexuosæ vitis,
Tunc quum præ stultitia, dei despexerunt festum.

Nyssa mons. *Quamobrem Nyssaam quidem vulgò dixerunt viam,*
Decorè autem celebrarunt cum liberis Orgia omnia.
Is verò, quando gentes nigrorum debellauit Indorum,
Emodi montes. *Emodos montes adiit, quorum sub radice*
Voluitur Orientalis ingens vnda Oceani.
Vbi duabus columnis positis in finibus terra,
Exultans ad fluentum rediit Ismeni.
Arbores Indicæ procerissimæ. *Aut quos Oceano propter gerit India lucos:*
Extremi sinus orbis: vbi ara vincere summum
Vergil. lib. 2. Georg. *Arboris haud vlla iactu potuere sagitta.*
Ouid. Fast. lib. 1. *Thura nec Euphrates, nec miserat India costum:*
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Virg. Georg. lib. 1. *India mittit ebur: molles sua tura Sabai.*
Illi sint comites fusci, quos India torret,
Tibull. lib. 2. *Solis & admotis inficit ignis aquis.*
Idem lib. 4. *Possideatque, metit quicquid bene olentibus aruis*
Cultor odorata diues Arabs segetis,
Et quascúnque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.
Claud. in Eutrop. lib. 1. *—te grandibus India gemmis,*
Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres.
Ouid. Trist. lib. 4. *Quæq́; sui iussis obtemperat Inda magistri*
Bellua, seruitium tempore victa subit.
Horat. carm. lib. 3. *Intactis opulentior*
Thesauris Arabum, & diuitis India.
Bacchus primus Indiam domuit. *Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,*
Alcides capta traxit ab Oechalia.
Ouid. de Pōto lib. 4. *Et quæ pretereà per Graia plurima gentes*
Nomina Liber habes, tibi enim incōsumpta iuuenta est:
Idem metap. lib. 4. *Tu puer æternus, tu formosissimus alto*
Conspiceris cœlo: tibi, cùm sine cornibus astas,
Virgineum caput est: Oriens tibi victus, ad vsque
Decolor extremo quà cingitur India Gange.

Inque

Inq; ipsis varias gentes, quos Carcinus vrit
Æthiopas, primóque Indos sub Sole iacentes. Paling. in Leone.

Indi & Gangis fluuiorum Indiæ descriptio.

Quà colitur Ganges, toto qui solus in orbe Luc. lib. 3.
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo
Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.
Hic vbi Pellæus post Tethyos æquora ductor
Constitit, & magno vinci se fassus ab orbe est.
Quáque ferens rapidum diuiso gurgite fontem
Vastis Indus aquis mistum non sentit Hydaspen. Hydaspes fl.
Quíque bibunt tenera dulces ab arundine succos,
Et qui tingentes croceo medicamine crinem Saccarum in India.
Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis.
Quíque suas struxere pyras, viuique calentes Gymnosophistę in India.
Conscendere rogos. prò quanta est gloria genti
Iniecisse manum fatis, vitáque repletos
Quod superest, donasse deis.
Nec patria est habitata tibi: sed ad vsque niuosum Ouid. Trist. lib. 5.
Strymona venisti, Marticolámque Geten,
Persidáque, & lato spatiantem flumine Gangem,
Et quascunque bibit decolor Indus aquas.
Hoc monstrum non vna palus, non vna tremebat Claud. in Rufinum lib. 1.
Insula: sed Latia quicquid ditione subactum
Viuit, & à primis Ganges horrebat Iberis.
Nec pulcher Ganges. Virg. Georg. lib 2.

Hydaspes.

Siue per Syrtes iter æstuosas, Horat. carm. lib. 1.
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Quicquid odoratus longè blanditur Hydaspes. Claud. de raptu Proserp. lib. 2.

SCYTHIÆ ASIATICÆ DESCRIptio generalis. Tota autem vergit ad Orientem & Septentrionem.

Dionysius. *PRimi quidem Scythæ sunt, qui Saturnium prope mare*
Maritimam oram incolunt ad ostium Caspij maris.
Hunni pop. *Hunni autem deinceps: post ipsos autem Caspij viri.*
Caspij pop. Albani pop. *Albaníque post hos Martij, quique super terram*
Cadusij pop. *Asperam habitant Cadusii. prope autem Mardi,*
Mardi pop. *Hyrcaniiq́, Tapirique. post autem ipsos tractum sinuat*
Mardus fl. Decerbij. *Mardus, Decerbiorum, & Diuitum potus Bactrorũ.*
Araxes. *Hos verò post, orientẽ versus, trans resonantem Araxẽ*
Messagetæ. *Messagetæ degunt, velocium emissores sagittarum:*
Viri quibus nec egomet, neque quisquis est sodalis
Appropinquet: multo nanque inhospitaliores sunt aliis.
Neque enim ipsis suauis frumenti est cibus,
Neque sanè vinum indigenum, sed equorum
Sanguini miscentes candidum lac, epulas apponunt.
Chorasmij populi. *Hos autem post ad Boream, Chorasmij: post quos terra*
Oxus fl. *Sugdiana, cuius per medium voluitur sacer Oxus,*
Sogdiani populi. *Qui linquens Emodum montem, in Caspium labitur.*
Iaxartes fl. *Quem post, ad fluenta Iaxarta degunt*
Sacæ populi. *Arcus Sacæ gestantes, quos nemo alius improbauerit*
Sagittarius. non enim ipsis fas est incassum iaculari.
Tochari. *Et Tochari, Phrurique, & gentes barbaræ Serum,*
Phruri pop. Seres populi. *Qui boues quidem aspernantur, & pingues oues:*
Varios autem depectentes desertæ flores terræ,
Vestes faciunt varij artificij pretiosas:
Similes colore pratensis floribus herbæ.
Illis nequaquam opus aranearum certauerit.

Alij

Alij item Scythæ numerosi, qui possident
Extremitates: circum verò ipsos tellus, quam venti infestant, est porrecta,
Hybernis ventis obiecta, atque grandinibus.
Tot quidem gentes circum Caspias vndas sunt.
Obserua autem, à Colchis & Phaside ad occasum iam, Colchi.
Euxini iuxta littus cateruatim gentes Ponti,
Vsque ad Thracium ostium, vbi Chalcis tellus.
Byzeres tibi primùm, ac propè gentes Bechirum, Byzeres pop.
Macrones, Philyrésque, & qui turres habent Macrones populi.
Ligneas. hos verò iuxta, pecore abundantes Tibareni. Philyres po.
Post has autem etiam Chalybes duram & sæuam terrã Tibareni po. Chalybes po.
Habitant, laboriosi edocti fabricam ferri:
Qui quidem grauisonas ad incudes stantes
Nunquam cessant à labore & ærumna graui.
Iam pridem regio, quà virginis æquor ad Helles, Helle.
Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro, *Valer. Flac. Arg. lib. 1.*
Vndat equis, floretque viris: nec tollere contra Tanais.
Vlla pares animos, noménque capescere bellis Scythæ Asiani bellicosissimi.
Ausa manus: sic fata, locos, sic ipse fouebam.
Hinc, age, Riphæo quos videris orbe furores *Idem lib. 6.*
Musa, mone, quanto Scythiam molimine Perses
Concierit, quis fretus equis per bella, virísque.
Verùm ego nec numero memorem, nec nomine cunctos
Mille vel ora mouens, neque enim plaga gentibus vlla Scythia Asiatica populosissima.
Ditior: æterno quanquam Mæotia pubes
Marte cadat, pingui nunquam tamen vbere desit,
Quod geminas Arctos, magnúmque quod impleat anguem.
Ergo duces, sólásque, Dea, mihi prodite gentes.
Miserat ardentes, mox ipse secutus, Alanos, Alani pop.
Hæniochósque truces, iam pridem infensus Anausis, Hæniochi populi.
Pacta quod Albano coniux Medea tyranno:

Nescius heu, quanti thalamos ascendere monstri
Arserit, atque vrbes maneat quis terror Achaeas,
Gratior ipse deis, orbâque beatior aula.
Bisaltæ pop. *Proxima Bisaltæ regio, ductórque Colaxes*
Sanguis & ipse deûm, Scythicis quem Iupiter oris
Mirace opp. *Progenuit, viridem Miracen, Tibisenáque iuxta*
Tebisenus fl. *Ostia, semifero (dignum si credere) captus*
Corpore, nec Nymphæ geminos exhorruit angues.
Cuncta phalanx, insigne Iouis, celatáque gestat
Tegmina, dispersos trifidis ardoribus ignes:
Nec primus radios, miles Romane, corusci
Fulminis, & rutilas scutis diffunderis alas.
Insuper auratos collegerat ipse dracones
Matris Horæ specimen, linguísque aduersus vtrimque
Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemma.
Tertius vnanimis veniens cum millibus Auchus
Cimmerij populi. *Cimmerias ostentat opes, cui candidus olim*
Crinis inest, natale decus: dat longior ætas
Iam spacium. Triplici percurrens tempora nodo
Dimittit sacro geminas à vertice vittas.
Dathin Achæmeniæ grauior de vulnere pugnæ.
Misit in arma Darabs, acies quem Martia circum
Gangaridæ. Gerys fl. *Gangaridûm, potáque Gerys quos efferat vnda,*
Bice lacus. *Quique lacum cinxere Bicen: non defuit Anxur,*
Non Radalo cum fratre Fidon: Iacesináque læuo
Omine, fatidicæ Phrygus mouet agmina ceruæ.
Ipsa comes, setis fulgens, & cornibus aureis,
Ante aciem celsi vehitur gestamine conti,
Mæsta necis sæuæ luco reditura Dianæ.
Hylæi pop. *Mouit & Hylæa supplex cum gente Syenem*
Impia germani prætentans vulnera Persas.
Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas
Sylua trabes, fissáque prius redire sagitta,

Arboris

Arboris ad ſummum quàm peruenere cacumen. Arbores pro cerissimæ.
Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris Hyrcani po.
Cyris in arma viros: plauſtriſq́ ad prælia cunctas
Coraletæ traxere manus: ubi ſutilis illis Coraletæ po.
Et domus, & crudo reſidens ſub vellere coniux,
Et puer è primo torquens temone cateias.
Linquitur abruptus pelago Tyra, linquitur & mons Tyra mons.
Ambenus, & gelidis pollens Ophiuſa venenis. Ambenus mons.
Degeneréſque ruunt Sindi: glomerántque paterno Ophiusa mons.
Crimine, nùnc etiam metuentes verbera turmas. Sindi pop.
Hos ſuper aratam Phalces agit æquore nubem
Cum fremitu, denſiq́ leuant vexilla Coralli: Coralli pop.
Barbaricæ quîs ſigna rotæ, ferratáque dorſo
Forma ſuûm, truncæq́ Iouis ſimulachra columnæ:
Prælia nec rauco curant incendere cornu,
Indigenas ſed ritè duces, & priſca ſuorum
Facta canunt, veterúmque viris hortamina laudes.
Aſt ubi Sidonicas inter pedes æquat habenas,
Illinc iuratos ſecum trahit Æa Baternas: Baternæ populi velocissimi.
Quos duce Teutago, crudi mora corticis armat,
Æquáque nec ferro breuior, nec romphea ligno.
Nec procul albentes gemina fert aclyde parmas,
Hiberni qui terga Noæ, gelidúmque ſecuri Noa fl.
Eruit, & tota non audit Alazona ripa: Alazon fl.
Quóſque Tarax, niueúmque ferax Euarchus olorum, Tarax fl.
Te quoque venturis ingens Ariaſinene ſæclis Euarchus fl.
Tradiderim, molem belli, latéque ferentem Ariasineni populi.
Undique falcatos deſerta per æquora currus.
Inſequitur Drangæa phalanx, clauſtriſq́ profuſi Drangæi po.
Caſpiadæ: quis turba canum, non ſegnius acres Caspij pop.
Exilit ad lituos, pugnáſque capeſcit heriles:
Inde etiam par mortis honos, tumuliſque recepti
Inter auos, poſitúſque virûm: nam pectora ferro,

Terribilésque innexa iubas ruit agmine nigro
Latratúque cohors, quanto sonat horrida ditis
Ianua, vel superas Hecates comitatus ad auras.
Hyrcani vbi pulcherrimi canes. *Ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis*
Varus: quem Scythiæ iam tertia viderat ætas,
Magnanimos Minyas, Argoáque vela canentem.
Illius & dites monitis spondentibus Indi,
Et centum geminæ longæua noualia Thebes,
Panchaia regio. *Totáque Riphæo Panchaia rapta triumpho.*
Iberi populi. *Discolor hastatas effudit Iberia turmas,*
Quas Otaces, quas Latris agunt, & raptor amorum
Neuri pop. *Neurus, & expertes canentis Iazyces æui.*
Iazyces pop. *Nanque vbi iam, viré́sque aliæ, notósque refutat*
Arcus, & inceptus iam lancea temnit heriles,
Magnanimis mos ductus auis, haud segnia mortis
Iura pati, dextra sed cara occumbere prolis
Ense dato: rumpúntque moras, natúsq; paréńsque,
Ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.
Miceli pop. *Hîc & odorato spirantes crine Micelæ,*
Cessæi pop. *Cessæaq; manus, & qui tua iugera nondum*
Arimaspus pop. *Eruis ignotis insons Arimaspe metallis.*
Auchatæ po. *Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro*
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.
Non ego sanguineis gestantem tympana bellis
Thyrsagetæ pop. *Thyrsageten, cinctúmque vagis post terga silebo*
Pellibus, & nexas viridantem floribus hastas.
Fama, ducem Iouis, & Cadmi de sanguine Bacchum,
Sabæi pop. *Hac quoque turiferos, felicia regna Sabæos,*
Hac Arabas fudisse manu, mox rumperet Hebri
Cum iuga, Thyrsagetas gelida liguisse sub Arcto.
Illis omnis adhuc veterum tenor, & sacer æris
Pulsus, & Eoæ memoratrix tibia pugnæ.
Eumedæ po. *Iungit opes Eumeda suas: sua signa secuti*

Exo-

Exomatæ,Torinique,& flaui crine Satarchæ: Exomatæ populi.
Mellis honos Torinis, ditant sua mulctra Satarchen, Torini pop.
Exomatas venatus alit, nec clarior vllis Satarchæ po.
Arctos equis,abeunt Hypanin, fragilémq; per vndam Hypanis fl.
Tigridis,aut sæua profugi cum prole leænæ, Tigris fl.
Mæstáque suspecta mater stupet aggere ripæ.
Impulit,& dubios Phryxæi velleris ardor
Centoras,& diros magico terrore Choatras. Centores po. Choatræ po.
Omnibus in superos sæuus honor,omnibus artes
Monstrifera:nunc vere nouo compescere frondes,
Nunc subitam trepidis Mæotin soluere plaustris. Mæotis.
Maximus hos inter stygia venit arte Choastes:
Sollicitat, nec Martis amor,sed fama Citææ
Virginis & paribus spirans Medea venenis.
Gaudet Auerna palus,gaudet iam nocte quieta
Portitor,& toto veniens Latonia cælo.
Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti,comitúmque celer mutator equorum Ballonoti populi.
Mœsus,& ingentis frænator Sarmata conti: Mœsi pop. Sarmatæ po.
Nec tot ab extremo fluctus agit æquore,nec sic
Fratribus aduersa Boreas respondet ab vnda,
Aut is apud fluuios volucrum sonus,æthera quantus
Tunc lituûm concentus agit,lymphatáq; miscet
Millia:quot folijs,quot floribus incipit annus.
— tinxere sagittas Lucan.lib.3.
Errantes Scythiæ populi,quos gurgite Bactros Bactri pop.
Includit gelido,vastisq; Hyrcania siluis. Hyrcani po.
Hinc Lacedæmonij moto gens aspera fræno
Oeniochi,sæuísque affinis Sarmata Moschis, Oeniochi po. Sarmatæ po.
Colchorum quà rura secat ditissima Phasis: Moschi pop.
Qua Crœso fatalis Halys,qua vertice lapsus: Colchi pop.
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi Phasis fl.
Imposuit ripis,Asiaq;,& terminus idem Halys fl. Tanais.

Europæ, mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem.
Quáque fretum terrens Mæotidos egerit vndas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,
Oceanúsque negat solas admittere Gades.
Hinc & Sithoniæ gentes, auróque ligatas
Arimaspi po. *Substringens, Arimaspe comas: hinc fortius Arius.*
Arij populi. *Longáque Sarmatici soluens ieiunia belli,*
Messagetes. Geloni pop. *Messagetes quo fugit equo: volucrésq; Geloni.*

Flumina Scythiæ Hypanis & Tanais.

Proper. lib. 1. *Tam multa illa meo diuisa est millia lecto,*
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.
Virg. Georg. lib. 4. *Solus Hyperboreas glacies, Tanaímque niualem,*
Aruáque Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat.
Claud. de 6. consulatu Honorij. *Dacica bellipotens cùm fregerit Vlpius arma,*
Atque indignantes in iura redegerit Arctos,
Cùm cinxere faces Hypanim, miratáque leges
Romanum stupuit Mæotica terra tribunal.

CASPIVM MARE.

Dionysius. *At verò portarum quidem sub ora Caspiarum*
Parthi degunt Martij, curuis arcubus vtentes,
Omnigeni belli periti.
Claudian. de 3. Honorij cõsulatu. *Turiferos Arabes saltus, vada Caspia Medi,*
Armenij Phasin, Parthi liquere Niphatem.

Caspiæ portæ.

Lucan. lib. 8. *Caspiáq; immensos seducunt claustra recessus,*
Et polus Assyrias inter noctésque, diésque
Vertit,

Vertit,& abruptum est nostro mare discolor vnda.
— alij per Caspia claustra, Claud. in Rufinum lib. 2.
Armeniásque niues inopino tramite ducti
Inuadunt Orientis opes.

Caspij maris descriptio.

Huius autẽ versus Orientẽ Boreámq; adiacet Isthmus, Dionysius.
Isthmus discrimen Caspiique & Euxini maris.
In eo autem habitant Orientalis gens Iberorum, Iberi.
Qui olim è Pyrene ad Orientem venerunt,
Cum hominibus Hyrcanis implacabile bellũ cõmittẽtes.
Post hos verò Caspium fluctuat mare: Et paulò post.
Facile autem tibi & hoc descripserim mare, Caspij maris
Qui tamẽ non vidi procul meatus, neq; naui eò traieci. descriptio.
Verùm fuerit forma rotunda, vndique sinuosa, Et paulò post.
Totius Caspij magni maris: non illud Caspium mare
Naui traieceris tertia ad orbes luna. quãdo nauigabile.
Tantus nánque traiectus est immanis. retrò autem ad Septentriones
Protractus, gurgitibus commiscetur Oceani.
Quod certè multa quidem alia inter homines miracula producit,
Gignit autem crystallum, atq; aerei coloris Iaspim, Crystallus in
Infestam Empeusis, & alijs spectris. mari Caspio,
Omnes autem tibi referam quotquot ipsum gẽtes circunhabitant, Iaspis.
Orsus à latere occiduo à Borea.

Mons Caucasus, & illi vicinus Geneteus.

Inde Genetaei rupes Iouis, inde Tymanos Tymanus.
Dant virides post terga lacus: vbi deside mitra Valer. Arg.
Fœta ligat, partúque virum fouet ipsa soluto. lib. 5.
Vos quoque non nota mirati vela carina

Mossonychi populi. Macrones populi. Byzeres pop. Philyres po. Caucasus noxiarum herbarũ ferax.

Mossonychi:vos & stabulis Macrones ab altis,
Byzerésque vagi, Philyraq́; à nomine dicta
Litora, quæ cornu pepulit Saturnus equino.
Vltimus inde sinus, sæuúmque cubile Promethei
Cernitur, in gelidas consurgens Caucasus Arctos.
Nec prosunt Scythiæ sua frigora. Caucasus ardet.

Ouid. Meta. lib. 2.

— nec me latuere fluentes
Arboribus succi, funestarúmque potestas

Claud. in Rufinum lib. 1.

Herbarum, quidquid lethali germine pollens
Caucasus, & Scythicæ vernant in gramine rupes.

Horat. Epodõ libro.

— & te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem & Caucasum,
Vel Occidentis vsque ad vltimum sinum,
Forti sequemur pectore.

Virg. Georg. lib. 2.

Ipsæ Caucaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi Euri assiduè frangúntq; ferúntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum
Nauigiis pinos, domibus cedrósque cupressósque.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi.

COLCHI POPVLI SVpra claustra Caspia.

Valer. Arg. lib. 5.

Dixerat hæc, patriúmq; viam detorquet ad amnẽ,
Sacráque terrificæ supplex mouet irrita nocti.
Ille autem inceptum, famula duce, protinus vrget
Aëre septus iter: patitur nec regia cerni
Iuno virum, prior Æeta ne nuntius assit.
Iámque inerat populo, mediæque incognitus vrbi,

Cùm comes orsa loqui: Phœbi genitoris ad aras
Ventum, ait, huc adytis iam se de more paternis
Rex feret: hic proceres audit, populósque precantes
Alloquiis facilis præsens pater ammonet æqui.
Dixerat. ast illi properè monstrata capessunt
Limina. non aliter quàm si radiantis adirent
Ora Dei, verásque æterni luminis arces,
Tale iubar per tecta micat. stat ferreus Atlas
Oceano, genibúsque tumens infringitur vnda:
At medij per terga senis rapit ipse nitentes
Altus equos, curuóque diem subtexit Olympo:
Ponè rota breuiore soror: dersæq; sequuntur
Pliades, & madidis rorantes crinibus ignes.
Nec minus hic varia dux lætus imagine templi
Ad geminas fert ora fores, cunabula gentis
Colchidos hîc, ortúsque tuens: vt prima Sesostris
Intulerit rex bella Gethis, vt clade suorum
Territus, hos Thebas, patriúmq; reducat ad amnem:
Phasidis hos imponat agris, Colchósque vocari
Imperet: Arsinoen illi trepidæq; requirunt
Otia læta Phari, pinguémque sine imbribus annum:
Et iam Sarmaticis permutant carbasa braccis.
Barbarus in patrijs sectatur montibus Æam
Phasis amore furens: pauidas iacit illa pharetras
Virgineo turbata metu, discursibus & iam
Deficit, ac volucri victum Deus alligat vnda.
Flebant populeæ iuuenem Phaëtonta sorores:
Ater & Eridani trepidum globus ibat in amnem.
At iuga vix Tethys, sparsúmq; recolligit axem,
Et formidantem patrios Pyröenta dolores.
Aurea quin etiam præsagà Mulciber arte
Vellera, venturósque olim cælarat Achiuos:
Texitur Argoa pinus Pegasæa securi:

Templum celebre Colchorum.

Sesostris rex Ægyptiorũ Colchis bellum intulit.

Phasis Nympha, vnde fluuius Phasis.

Pictura templi.

Iámq; eadem remos, eadem dea flectit habenas:
Ipse subit, nudáque vocat dux agmina dextra.
Exoritur Notus, & toto ratis vna profundo
Cernitur. Othrysio gaudebant carmine Phocæ.
Apparent trepidi per Phasidis ostia Colchi:
Clamantémque procul linquens regina parentem.
Vrbs erat hîc contrà gemino circunflua ponto,
Ludus vbi & cantus, tædæq; in nocte iugales,
Regalíque thoro latus gener, ille priorem
Deserit: vltrices spectant à culmine Diræ.
Deficit in thalamis, turbatáque pellice coniux
Pallam, & gemmiferæ donum exitiale coronæ
Apparat, ante omnes secum deuesta labores,
Munere quo patrias pellex ornatur ad aras:
Infelix & iam rutilis correpta venenis
Implicat igne domos. hæc tum miracula Colchis
Struxerat ignipotens, nondum nascentibus illa:
Quis labor aligeris, aut quæ fecet anguibus auras
Cæde madens: odere tamen, visúsq; reflectunt.

Claud. de bello Getico. *Intacti cùm claustra freti coeuntibus æquor*
Armatum scopulis audax irrumperet Argo
Oetæam, Colchósque petens proprìore periclo,
Tiphys primus nauta Græcorum. *Omnibus attonitis solus post Numina Tiphys,*
Incolumem tenui damno seruasse carinam
Fertur, & ancipitem montis vitasse ruinam,
Cyaneæ insulę periculosę & infames naufragiis. *Deceptóque vagæ concursu rupis in altum*
Victricem duxisse ratem.

Phásis fluuius Colchidis.

Valer. Arg. lib. 5. *Cœperat optatos iam lux ostendere Colchos:*
Magnus vbi aduersum spumantis Phasis in æquor
Ore ruit.
Et paulo pòst. *Ac dum prima graui ductor subit ostia pulsu,*

Populeos flexus, tumulúmque virentia supra
Flumina cognati medio viget aggere Phryxi. Claud. in Rufinum lib. 1.
— calcabitur asper
Phasis equo, pontémque pati cogetur Araxes. Stat. Syl. li. 1.
Credas ad Tanain, feriúmque Phasin
Thermodontiacas calere turmas.
Et tu fœmineæ Thermodon cognite turma, Ouid. de Ponto lib. 4.
Et quondam Graijs Phasi petite viris.

CHALYBES ET IBERI POpuli supra Caspias portas vicini Colchis.

NOcte sub extrema clausis telluris ab antris Valer. Arg. lib. 5.
Peruigil auditur Chalybum labor, arma fatigant
Ruricolæ Gradiue tui: sonat illa creatrix
Prima manus belli terras crudelis in omnes.
Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri
Eruerent, ensesq́; darent, odia agra sine armis
Errabant, iraq; inopes, & segnis Erynnis.

Iberi itidem populi supra Caspias portas vicicini & superiores Chalybus.

Horruit immensum ponti latus: horruit omnis Idem lib. 5.
Armenia prætentus Iber.

Hunni Scythici populi supra Caspias portas, & Iberis superiores.

Est genus extremos Scythiæ vergentis ad ortus Claud. in Rufinum lib. 1.
Trans gelidum Tanaim, quo non deformius vllum
Arctos alit tristes habitus, obscenáque visu

Corpora, mens duro nunquam cessura labori.
Præda cibus, vitanda Ceres, fratrésque necare
Lusus, & occisos pulchrum iurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura biformis
Cognatis aptauit equis: acerrima nullo
Ordine nobilitas, insperatíque recursus.

Alani populi Scythiæ Asiaticæ, Hunnis superiores.

Claud. in Rufinum lib. 3.

Iam parat insidias: qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut impacatis famulos præstabit Alanis.

Hyperborei montes.

Horat. carm. lib. 3.

Visam gementis litora Bosphori,
Syrtésque Getulas canorus
Ales, Hyperboreósque campos.

ASSYRIA REGIO ASIÆ infra Caspias portas, proxima Caucasiis populis, cui vicina est Armenia.

Assyriæ descriptio.

Dionysius.

HOs autem post Assyriæ aggestio terræ extenta est,
Vbi Amazonidibus è monte Armenio
Thermodon fl. *Limpidam aquam immittit bellicosus Thermodon,*
Sinope opp. *Qui quondam errabundam Asopi filiã excepit Sinopen,*
Atque ipsam mœstam sua collocauit in regione,
Iouis imperio. hic enim concubitus iucundi
Cupidus, à patria abduxit inuitam.
A qua etiam vrbem cognomines homines habent.

Illius

Illius autem fluuij circa frigidas ripas
Secabis crystalli nitidum lapidem, veluti glaciem
Hybernam: inuenies verò & caruleam Iaspim.
Iris autem deinceps limpidas aquas in mare mittit. Iris fl.
Post hunc verò murmurant fluenta Halis fluuij, Halis fl.
Quæ trahuntur Boream versus, Carambim prope promontorium, Carambis fl.
Exorta primùm è monte Armenio.

Tibull. lib. 3.
Illic, quas mittit diues Panchaïa merces,
Eoique Arabes, diues & Assyria.

Luc. lib. 8.
Et polus Assyrias alter noctésque, diésque
Vertit, & abruptum est nostro mare discolor vnda,
Oceanúsque suus. regnandi sola voluptas. Assyrij imperia affectant.
Celsior in campis sonipes, & fortior arcus,
Nec puer, aut senior lethales tendere neruos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta. Sagittarij optimi Assyrij.
Primi Pellæas arcu fregere Sarissas,
Bactráque Medorum sedem, murísque superbam Bactra opp.
Assyrius Babylona domos. nec pila timentur Babylon op.
Nostra.

Araxes fluuius Assyriæ.

Tibull. lib. 4.
Nec quà regna vago Tomyris finiuit Araxe,
Impia nec sæuis celebrans conuiuia mensis.

Hunc quoque pérque nouem timuit Pamphilia messes: Stat. Syl. li. 1.
Pannoniúsque ferox, arcúque horrenda fugaci
Armenia, & Latij patiens iam pontis Araxes.

ARMENIA ET CAPPADOCIA vicinæ regiones Assyriæ, atque etiam inter se.

Tibull. lib. 1. *HAec mihi fingebam, quæ nūc Caurúsq; , Notúsq;*
Iactat odoratas vota per Armenias.

Luc. lib. 3. *—venere feroces*
Aman' mōs. *Cappadoces duri, populus nunc cultor Amani.*
Niphates fl. *Armeniúsq; tenens voluentem saxa Niphatem.*
Claud. in Rufinum lib. 2. *Inuadunt Orientis opes, iam pascua fumant*
Cappadocum, volucrúmque parens Argeus equorum:
Argeus mōs. Halis fl. *Iam rubet altus Halis, nec se defendit iniquo*
Monte Cilix, Syriæ tractus vastantur amœni.

PAPHLAGONES POPVLI vicini Cappadocibus, vbi olim Amazones regnarunt.

Dionysius. *PAphlagones autem populi ad litora habitant*
Mariandyni populi. *Et Mariandynorum diuinum solum: vbi perhibēt,*
Paphlagonia fert aconitū. *Terrestris Saturni ingentem canem, æneam vocem habentem,*
Manibus extractum magnanimi Herculis,
Tetrum è faucibus proiecisse saliuæ similem succum:
Quē quidē recepit terra, & hominibus noxa procreauit.
Ouid lib. 7. *Huius in exitium miscet Medea, quod olim*
Metamorph. *Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.*
Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum
Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatu,
Est via decliuis, per quam Tirynthius heros

Restan-

Reſtantem, contraq; diem, radióſque micantes Aconita vnde orta in Paphlagonia.
Obliquantem oculos, nexis Adamante catenis,
Cerberon extraxit: rabidâ qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras,
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant, nactaſq; alimenta feracis
Fœcundique ſoli vires cepiſſe nocendi.
Quæ quia naſcuntur dura viuacia caute
Agreſtes aconita vocant.
Quales Thraciæ cum flumina Thermodoontis Virg. lib. 11. *Aeneid.*
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis,
Seu circum Hippolyten, ſeu cum ſe Martia curru Amazones in Thraciam vſque regnū ſuum protulerunt.
Pentſelea refert: magnóque vlulatu tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quid memorē quas Iris aquas, quas torqueat Ancon? Iris fl. Ancon fl.
Proxima Thermodoon hîc iam ſecat arua: memento. *Valer. Arg.* lib. 4.
Inclita Amazonidum, magnóque exorta Gradiuo Thermodoō fluuius.
Gens ibi: fœmineas nec tu nunc crede cateruas,
Sed qualis & quanta viris inſultat Enyo, Amazones fœminæ bellatrices.
Diuaq; Gorgonei geſtatrix innuba monſtri.
Ne tibi nunc horrenda rapax ad litora puppem
Ventus agat, ludo volitans cum turma ſuperbo
Puluereis exultat equis, vlulataq; tellus
Intremit, & pugnas motâ pater incitat haſta.
Non ita ſit metuenda tibi ſæuiſſima quanquam
Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis, Chalybes.
Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa.
Inde omnem innumeri reges per litoris oram,
Hoſpitij quis nulla fides: ſed limite recto
Puppis, & æquali tranſcurrat carbaſus aura:
Sic demum rapidi venies ad Phaſidis amnem. Phaſis.

Halys, Iris, & Thermodoõ flumina Paphlagoniç.

Luc. lib. 3. *Quà Crœso fatalis Halys.*

Sagaris fl. Ouid. de Ponto lib. 4. *Huc Lycus, huc Sagaris, Peniúsq;, Hipanusq;, Cratésq;*
Influit, & crebro vortice tortus Halys.

Valer. Arg. lib. 5. *Transit Halys, longísq; fluens anfractibus Iris,*
Sæuáque Thermodoon medio sale murmura voluens,
Gradiuo sacer, & spolijs ditissimus amnis:
Donat equos, donat votas cui virgo secures.

Claudian. in Ruf. lib. 2. *Iam rubet altus Halys,*
Thermodoónq; citus, Gangésque, & Phasis, & Ister.

Ouid. Meta. lib. 2.

Charambis promontorium Paphlagoniæ.

Valer. Arg. lib. 5. *Iámque reducebat noctem polus: alta Charambis*
Raditur, & magna pelago tremit vmbra Sinopes.

Sinope opp. *Assyrios complexa sinus stat opima Sinope.*

Dionysius. *Huius autem obliqua quidem procurrunt viæ*
Semper, ad Boream & Orientem spectantes:
Media verò hinc & inde duo eminent promontoria.
Alterum quidē super australe, quod vocant Charābin:
Alterum autem magis boreale, terram super Europeā,

Arietis frōs. *Quod quidem accolæ arietis vocat frontem.*

Crioumetopon promontorium. *Quæ ambo coeunt aduersa: quum tamen non sint*
Vicina, sed quantum itineris nauis intra tertium diem
conficeret.

ASIÆ MINORIS GENERALIS DESCRIPTIO.

Troiani. Homerus Il. lib. 2. *TRoianis quidem dux erat magnus ornata galea*
Hector.

Dardanij. *Dardaniis imperabat strenuus filius Anchisæ.*

Zelea opp. Ida mons. *Qui autem Zeleam habitabant sub pedem imum Idæ*
Diuites

Diuites, bibentes aquam nigram Æsepi Æsepus fl.
Troiani: his praeerat Lycaonis clarus filius.
Qui autem Adrestiámque incolebant, & ciuitatem Apæsi, Adrestia op. Apesus opp.
Et Picyeam tenebant, & Teries montem altum, Picyea opp.
His imperabat Adrastus, & Amphius linithorax. Terie mons.
Quique Percoten, & Practium incolebant, Percote opp.
Et Sestum & Abydum tenebant, & diuinam Arisbem: Practium op. Sestus opp.
His Hyrtacides praeerat Asius princeps virorum. Abydus op.
Hippothous autem ducebat gentes Pelasgorum, Arisbe opp.
Eorum qui Larissam fertilem habitabant: Pelasgi pop. Larissa opp.
His praeerat Hippothous, & Pyleus ramus Martis. Thraces.
Sed Pyrechmes ducebat Pæonas curuis arcubus vtētes, Pæones.
Procul ex Amydone ab Axio latè fluente: Amydō opp.
Axio, cuius pulcherrima aqua diffunditur super terrā. Axius fl.
Paphlagonibus autem praeerat Pylæmenis densum cor, Paphlagones.
Ex Enetis vbi mularum generatio agro colendo idonearum. Eneti.
Qui Cytorum tenebant, & Sesamum incolebant, Cytorus op.
Circáque Parthenium fluuiū inclytas domos habitabāt, Sesamus op.
Cromnámque, Ægelialúmque, & altos Erythinos. Parthenius fl. Cromna op.
Sed Halizonibus Dius & Epistrophus imperabant, Ægialus op.
Longè ex Alybe, vnde argenti est origo. Erythinū op.
Mysiis autem Chromis praeerat, & Ennomus augur. Halyzones populi.
Phorcys rursus Phrygios ducebat, & Ascanius, Alybe opp.
Procul ex Ascania: prompti autē erant praelio pugnare. Mysii pop. Phrygij pop.
Mæones rursus Mesthlésqui & Antiphus praeerant, Ascanij pop. Mæonij pop.
Filij Pylæmenis: hos Gygea peperit palus: Gygea palus.
Qui & Mæonas ducebant sub Tmolum natos. Mæones pop.
Nastes rursus Caribus praeerat barbarè loquentibus Tmolus mōs. Cari populi.
Qui Miletum incolebant, Phthirorúmque montem frondosum, Miletus opp. Phthirorus mons.
Mæandríque fluenta, Mycaléſque alta cacumina: Mæander fl. Mycale mōs.

His quidem Amphimachus, & Nastes praerant.
Lycij populi. *Sarpedon praerat Lyciis, & Glaucus irreprehensibilis*
Xanthus fl. *Procul ex Lycia, Xanto à vorticoso.*
Claud. in Eutrop. lib. 2. *Pars Phrygiæ, Scythicis quacunque Trionibus alget,*
Proxima Bithynos: Solem qua condit, Ionas:
Asia minor tota olim Phrygia dicta. *Quæ læna, attingit Galatas: vtrinque propinqui*
Finibus obliquis Lydi, Pisidæq́; feroces
Continuant Australe latus: gens vna fuere
Tot quondam populi, priscum cognomen, & vnum
Appellata Phryges. sed quid non longa valebit
Permutare dies? dicti post Maona regem
Maones: Ægaos insedit Græcia portus.

BITHYNIA.

Dionysius. Rhebas fl.
PRope autem Bithyni pinguem terram incolunt,
Rhebas quò amabile immittit fluentum,
Rhebas, qui ponti iuxta ostia incedit,
Rhebas, cuius pulcherrima super terrã trahitur vnda.
Tot quidem ponti accolæ homines sunt:
Illæ autem Scythiæ ante memoratæ gentes sunto.
Nunc verò maritimæ Asiæ tractum eloquar,
Qui quidem in austrum abit, ad Hellespontum tendens,
Ægæum mare. *Et ad longissimi australem gurgitem Ægæi,*
Usque ad ipsam Syriámque & Arabiam amabilem.
Chalcedon oppidum. *Chalcidenses quidẽ primum prope ostium terram tenẽt,*
Byzantium oppidum. *Solum in transuersum Byzantium spectantes.*
Bebryces po. *Bebryces autem post hos, & montes Mysiæ terra,*
Mysi pop. *Quà amœnas Cius proiicit vndas,*
Cius fl. *Cuius olim iuxta fluenta Hylam rapuit nympha,*
Strenuum famulum ingentis Herculis,

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. Claud. in Eutrop. lib. 2.
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis antè vagus tandem regionibus hæsit,
Gesáque deposuit, Graio iam mitis amictu
Pro Rheno poturus Halym.
Terra sinu medio pontum iacet inter & Hellen Val. Arg. lib. 2.
Ceu fundo prolata maris: námque improba cæcis
Intulit arma vadis, longóque sub æquora dorso
Litus agit. tenet hinc veterem confinibus oris
Pars Phrygiam, pars discreti iuga pinea montis.
Nec procul, ad tenuis surgit confinia ponti
Vrbs placidis demissa iugis: rex diuitis agri
Cyzicus. Cyzicus ciuitas.

Cyzicus oppidum Bithyniæ.

Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris:
Cyzicon Hæmoniæ nobile gentis opus.
Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos, Propert. lib. 3.
Tulle, Propontiaca quà fluit Isthmos aqua.

Ascanius fl. & lacus Bithyniæ.

Illas ducit amor trans Gargara, tránsque sonantem Virg. Georg. lib. 3.
Ascanium: superant montes & flumina tranant.

PHRYGIA SEV TROAS REGIO Minoris Asiæ, quæ & Mygdonia & Achæmenia dicta est.

IN de in Hellespontum procurrit immensus flexus Dionysius.
Minoris Phrygiæ: altera verò intus sita est,
Latior quæ est, ad aquas Sangarij. Sangaris fl.

Verum magna quidem ad Ortum extenta est,
Equorum altrix, pinguisque: ad occasum autem cernes
Ida mons. *Alteram, quæ sita est subter diuinæ pedes Idæ,*
Troia oppid. *Troiam ventosam sub lateribus habens,*
Troiam insignem vrbem veterum heroum,
Troiam, quam condiderunt Neptunus, & Apollo,
Troiam, quam euerterunt Mineruáque & Iuno,
Xantus fl. Simois fl. *Ad Xanthum latè fluentem, & Idæum Simoentem.*
Claud. in Eutrop lib. 2. *—dat cuncta vetustas,*
Principium Phrygibus, nec rex Ægyptius vltra
Phryges crediti hominũ vetustissimi. *Restitit, humani postquàm puer vberis expers*
In Phrygiam primùm laxauit murmura vocem.
Hic cecidit Libycis iactata paludibus olim
Tibia, fœdatam cùm reddidit vmbra Mineruam:
Hic & Apollinea victus testudine pastor
Celenæ opp. *Suspensâ memores illustrat pelle Celænas.*
Phrygiæ laus. *Quatuor hic magnis procedunt fontibus amnes*
Auriferi: nec miror aquas radiare metallo,
Quæ toties lauere Midam: diuersus ad Austrum
Dindyma mons. *Cursus, & Arctoum fluuiis mare. Dindyma fundunt*
Sigaris fl. *Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli*
Gallus fl. *Auctus, Amazoniis defertur ad ostia Ponti.*
Mycale opp. *Icarium pelagus, Mycaleáque litora iuncti*
Marsya fl. *Marsya, Mæanderque petunt: sed Marsya velox*
Mæander fl. *Dum suus est, flexúque carens, iam flumine mistus*
Mollitur Mæandre tuo: contraria passus,
Quàm Rhodano stimulatus Arar: quos inter aprica
Planities Cererique fauet, densisq; ligatur
Vitibus, & glaucæ fructus attollit oliuæ:
Diues equis, felix pecorum, pretiosáque picto
Synnada oppidum. *Marmore, purpureis cedit cui Synnada venis.*
Talem tum Phrygiam Getis populantibus vri
Permisere Dei.

Tot

Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis. — Idem in Eutro. lib. 2.
Si Lyciam tenuisse velis, tot millia ponas
Si Phrygas, adde parum.
Quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erat iam — Galli Phrygum sacerdotes.
More superuacuam cultris abscindere carnem.
Num tu, quæ tenuit Diues Achemenes? — Iuuen. Sat. 2.
Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes, — Horat. carm. lib. 2.
Permutare velis crine Licinia? — Mygdonia & Achemenia dicta Phrygia.

Dardania, eadem est quæ & Phrygia.

Dardaniámque petit auctoris nomen habentem: — Ouid. Trist. lib. 1.
Et te ruricolâ Lampsace tuta deo.
Quáque per angustas male vecta virginis vndas
Seston Abydena separat vrbe fretum.

Abydus vrbs Phrygiæ.

—ostriferi fauces tentantur Abydi. — Virg. Georg. lib. 1.

Troas regio Phrygiæ à Troia vrbe Phrygiæ appellata.

Troadis regionis descriptio.

Cæsar vt Emathia satiatus clade recessit, — Luc. lib. 12.
Cætera curarum proiecit pondera, soli
Intentus genero: cuius vestigia frustrà
Terris sparsa legens, fama duce tendit in vndas,
Threiciásque legit fauces, & amore notatum — Hellespontus.
Æquor, & Eoas lacrymoso litore turres, — Sestus.
Quà pelago nomen Nepheleias abstulit Helle. — Abydus.
Non Asiam breuioris aqua disterminat vsquam
Fluctus ab Europa, quamuis Bizantion arcto — Bizantion oppidum.
Pontus, & ostriferam dirimat Chalcedona cursu, — Chalcedo oppidum.
Euxinúmque ferens paruo ruat ore Propontis.

Sigeum promontor. Troadis. Rhœtion promont. Troia deserta & nulla iam.

Sigeásque petit famæ mirator arenas,
Et Simoentis aquas, & Graio nobile busto
Rhœtion, & multum debentes vatibus vmbras.
Circuit exustæ nomen memorabile Troiæ,
Magnáque Phœbei quærit vestigia muri.
Iam syluæ steriles, & putres robore trunci
Assaraci pressere domos, & templa deorum
Iam lassa radice tenent: ac tota teguntur

Troia dicta Pergama.

Pergama dumetis: & iam periere ruinæ.
Aspicit Hesiones scopulos, syluásque latentes
Anchisæ thalamos, quo iudex sederit antro:
Vnde puer raptus cœlo, quo vertice Nais
Luserit Oenone: nullum est sine nomine saxum.
Inscius in sicco serpentem puluere riuum

Xanthus fl. iam exaruit.

Transierat, qui Xanthus erat: securus in alto
Gramine ponebat gressus: Phryx incola manes
Hectoreos calcare vetat: discussa iacebant
Saxa, nec vllius faciem seruantia sacri,
Hectoreas, monstrator ait, non respicis aras?
O sacer, & magnus vatum labor omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.

Troia oppidum Phrygiæ Minoris.

Ouid. Fast. lib. 1.

Victa tamen vinces, euersáque Troia resurges:
Obruet hostiles ista ruina domos.
Vrite victrices Neptunia Pergama flammæ:
Nunc minor hic, toto est altior orbe cinis.
Iam pius Æneas sacra, & sacra altera partem

Troiani post Troiam euersam dissipati in varias regiones.

Afferet Iliacos accipe Vesta deos.
Tempus erit, quum vos orbémque tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente deo.

Virg. Æen. l. 3.

Postquam res Asiæ, Priamíque euertere gentem
Immeritam visum superis, cecidítque superbum

Ilium,

Ilium,& omnis humo fumat Neptunia Troia, Ilium arx Troiæ.
Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Auguriis agimur diuûm:classémque sub ipsa
Antandro,& Phrygiæ molimur montibus Idæ, Antandrus.
Incerti quò fata ferant,vbi sistere detur:
Contrahimúsque viros.vix prima inceperat æstas:
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.
Litora tum patriæ lachrymans,portúsque relinquo,
Et campos,vbi Troia fuit.
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas, Ouid. Met. lib.15.
Et pro diuitiis tumulos ostendit auorum,

Troia etiam Ilium ab arce appellata est.

Quin & Atreidas duce te superbos Horat. carm. lib.1.
Ilio diues Priamus relicto,
Thessalósque ignes,& iniqua Troiæ
Castra fefellit.
O patria,ô diuûm domus Ilium,& inclyta bello Virg. Aen. lib.2.
Mœnia Dardanidûm.
Troia simul, Priamúsque cadūt: Priameiáque coniux Ouid. Met. lib.13.
Perdidit infelix hominis post omnia formam,
Externásque nouo latratu terruit auras. Hecuba in canem mutata.
Longus in angustum quà clauditur Hellespontus
Ilion ardebat,neque adhuc consederat ignis:
Exiguúmque senis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat:tractísque comis antistita Phœbi
Non profectūras tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum signa Deorum
Dum licet,amplexas,succensáque templa tenentes
Inuidiosa trahunt victores præmia Graij.
Mittitur Astyanax illis de turribus,vnde
Pugnantem pro se,proauitáque regna tuentem
Sæpe videre patrem monstratum à matre solebat,

Iámque viam suadet Boreas, flatúque secundo
Carbasa mota sonant: iubet uti nauita ventis.
Troia vale rapimur, clamant, dántque oscula terræ
Troades, & patria fumantia tecta relinquunt.

Et paulò post. *Est, vbi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus*
Thracia ex aduersa Phrygiæ in Europa. *Bistoniis habitata viris: Polymnestoris illic*
Regia diues erat, cui te commisit alendum
Clàm Polydore pater, Phrygiísque remouit ab armis.

Pergama, quæ & Troia.

Virg. Aen. lib.1. *Nanq; videbat, vti bellantes Pergama circum*
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.

Lucret. lib.1. *Nunquam Tyndaridis formæ conflatus amore*
Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens
Clara accendisset sæui certamina belli:
Nec clàm durateus Troiai pergama partu
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum,
Perspicere vt possis res gestas funditus omnes,
Non ita vti corpus per se constare, nec esse.

Ouid. Met. lib.13. *Iam labor in fine est: obstantia fata remoui:*
Altáque posse capi faciendo, Pergama cepi.
Per spes nunc socias, casuráque mœnia Troum,
Pérque deos oro.

Horat. carm. lib.2. *Barbaræ postquam cecidere turmæ*
Thessalo victore: & ademptus Hector.
Tradidit fessis leuiora tolli
Pergama Graiis.

Paling. in Ariete. *Num magis ergò canam mille oppugnata carinis*
Pergama, periurum stultè miserata Sinonem?

Dindyma montes Phrygiæ.

Claud. de raptu Proserp. lib.2. *Mater Iò, seu te Phrygiis in vallibus Ida*
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu,

Seu

Seu tu sanguineis vlulantia Dindyma Gallis
Incolis, & strictos Curetum despicis enses,
Exitio succurre meo: compesce furentem:
Comprime ferales torui pradonis habenas.
Hic furit: & credens thalami procumbere tectum Ouid. Fast. lib. 4.
Effugit: & cursu Dindyma summa petit.
Nunc age fama prior notum per secula nomen Stat. de equo Max. Dom.
Dardanij mire.ur equi, cui vertice sacro
Dindymon, & cæsis decreuit frondibus Ida.
Dindymus, & sacræ fabricata inuenta Cybellæ, Propert. lib. 3.
Raptorisque tulit qua via Ditis equos.

Ida & Gargara montes Phrygiæ.

Et tum sicca, prius celeberrima montibus Ida. Ouid. Met. lib. 2.
Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus: Trist. lib. 4.
Dum stupet Idæis exululata iugis.
Sic ait, & fuluis serpentibus attigit Iden, Claud. de raptu Proserp. lib. 1.
Hic sedes angusta deæ, templique colendi
Religiosa silex: densis quam pinus obumbrat
Frondibus, & nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.
Terribiles intus thyasi, vesanáque misto
Concentu delubra gemunt: vlulatibus Ide
Bacchatur: timidas inclinant Gargara syluas. Gargara mons.
Iámque iugis summæ surgebat lucifer Idæ. Virg. Aen. lib. 2.
Pergame pinifera multum felicior Ida, Stat. Syluar. lib. 3.
Illa licet, sacræ placeat tibi nube rapinæ,
Nempe dedit superis, illum quem turbida semper
Iuno videt, refugitque manum, nectárque recusat.
Fertur & leni recreare vento Horat. carm. lib. 3.
Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa
Raptus ab Ida.

Xanthus fl. Phrygiæ.

Lycormas fl. *Arsurúsque iterum Xanthus, flauúsque Lycormas.*
Ouid, Meta. lib. 2. *Inscius in sicco serpentem puluere riuum*
Transierat, qui Xanthus erat:
Luc. lib. 12. *Ardentésque auertit equos in castra prius, quàm*
Virg. Aen. lib. 1. *Pabula gustassent Troia, Xanthúmque bibissent.*
Gargara mons. *Hinc grata Cereri Gargara, & diues solum,*
Seneca in Thebaide. *Quod Xanthus ambit niuibus Idæis tumens.*
Hinc, quà relinquit nomen Ionij maris,
Fauces Abydos Sestósque opposita premunt:
Aut quà latus iam propior orienti dedit,
Tutámque crebris portubus Lyciam videt.

Mæander & Marsia fl. in Phrygia oriuntur.

Lucan. lib. 3. *Quà celer & rectis descendens Marsya ripis*
Errantem Mæandron adit, mistúsque refertur.
Ouid. Met. lib. 2. *Arsurúsque iterum Xanthus, flauúsque Lycormas*
Quíque recuruatis Ludit Mæander in vndis.

Simois fl.

Claudian. de laud. Stili. lib. 1. *Non sic intremuit Simois, cùm montibus Idæ*
Nigra coloratus produceret agmina Memnon.
Idem de raptu Proserp. lib. 3. *Tollebant geminæ capita inuiolata cupressus*
Cespite vicino: quales non rupibus Idæ
Miratur Simois: quales non diuite ripa
Virg. Aen. lib. 1. *Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.*
Túne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ
Scamander idem qui & Xanthus fl. *Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam?*
Horat. in Epodis. *Te manet Assaraci tellus: quam frigida parui*
Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simois.

Æ O-

ÆOLIA REGIO MINORIS Asiæ Phrygiam sequitur.

Hanc autem post, Æolia expansa sunt sedes terra, *Dionysius.*
Ægei iuxta labrum vltra magnum Hellespontum.

IONIA REGIO ASIÆ MARITIma Æoliam sequitur, cui vicina est.

HAnc autem post habitãt illustrium liberi Ionum, *Idem in sequentibus.*
Maritimi qui sunt, in terra quam per mediam
Meander pinguibus delabitur in mare vorticibus,
Miletum inter & spatiosam Prienam: Miletus opp.
Quibus ambabus magis borealem aspicies Priene opp.
Maritimam Ephesum, magnam vrbem Dianæ, Ephesus op.
Vbi dea quondam ædem Amazonides struxerunt
In trunco vlmi, immensum hominibus miraculum.
At tu seu mollis quà tendit Ionia, seu quà *Propert. lib. 1,*
Lydia pactoli tangit arata liquor:
Seu pedibus terram, seu pontum carpere remis
Ibis, & accepti pars eris Imperij.

Sardeis oppidum Ioniæ, quæ fuit regia Crœsi regis totius Asiæ Minoris.

Quid tibi visa Chios Bullati, notáque Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardeis? *Horat. Epist. lib. 1,*

Miletus oppidum Ioniæ.

Miletus vrbs à Mileto iuuene profugo condita.

Tunc erat inualidus, Deionidénque iuuentæ
Robore Miletum, Phœbóque parente superbum
Pertimuit, credénsque suis insurgere regnis,
Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus.
Sponte fugis Milete tua, celerique carina
Ægaas metiris aquas, & in Aside terra
Mœnia constituis positoris habentia nomen.
Hic tibi, dum sequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eôdem,
Cognita Cyanee præstanti corpore Nympha
Byblida tum Cauno prolem est enixa gemellam.

Horat. Epist. lib. 1.

Alter Mileti textam cane peius & angue
Vitabit chlamydem.

Cayster fl. Ioniæ.

Propert. lib. 4.

Et quà Gygæi visenda est ora Caystri,
Et quà septenas temperat vnda vias.

Virg. Georg. lib. 1.

Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.

Smyrna, Ephesus, & Colophon vrbes Ioniæ.

Smyrna opp. *Stat. Syluar. lib. 3.* Meles fl. Hermus fl.

Smyrna tibi gentile solum, potúsque verendo
Fonte Meles, Hermique vadum, quo Lydius intrat
Bacchus, & aurato reficit, sua cornua limo.

Hor t. Epist. lib. 1

Quid tibi visa Chios Bullati, notáque Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophon,

Ouid. de Ponto lib. 1.

I nunc, & veterum nobis exempla virorum,

Qui

Qui forti casum mente tulere, refer:
Et graue magnanimi robur mirare Rutili,
Non vsi reditus conditione dati:
Smyrna virum tenuit, non Pontus, & hostica tellus,
Smyrna minus nullo penè petenda loco.
Ipse per Icariæ scopulos, Ephesúmque relinquens,
Et placidi Colophona maris, spumantia parua
Radit saxa Sami: spirat de litore Coo
Aura fluens: Gnidon inde fugit, clarámque relinquit
Sole Rhodon.

Rutilus Smyrnam exulatum iit.

Ephesus.

Lucan. lib. 8.

Gnidos opp. Cariæ.

MÆONIA REGIO ASIÆ
Minoris vicina Ioniæ.

MAeonia aūt post has vrbes ortū vers⁹ porrecta est,
Tmolo sub ventoso vnde Pactolus means,
Aurum cum vorticibus trahens susurrat.
Huius autem ad latera sedens veris tempore
Olorum exaudires canoram vocem, qui in nemore
Hic & illic pascuntur, crescente in herba.
Multa nanque prata in Asia virent,
Præcipuè verò in campo Mæandrio:
Quò Caystri placidè strepentis influit splendida aqua.
Ne mulieres quidem vituperabis, quæ in illo
Diuino solo, aureo per lumbos vinculo cinctæ
Tripudiant, mirificum se flectentes circum orbem,
Quando Bacchi choreas celebrant:
Simul quoque virgines, recens ablactati velut hinnuli,
Saltant: quibus circunstrepentes venti,
Elegantes agitant in pectoribus vestes.
Atque hæc quidem Lydos apud homines curæ sunt.
—dicti post Mæona regem *Mæones.*
Et quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas

Dionysius.

Tmolus mons.

Olores seu Cygni frequentes ad Mæandrum.

Cayster fl.

Mæones vnde dicti.

Claud. in Eutrop. lib. 2.

Ouid. Meta. lib. 2.

Fluminea volucres medio caluere Caystro.

LYDIA REGIO ASIÆ MINORIS proxima Mæoniæ, cũ qua ſępe confunditur.

Ouid. Met. *LYdia tota fremit, Phrygiæq; per oppida facti*
Ruff. lib. 6. *Rumor it, & magnum ſermonibus occupat orbem.*
Sipylus opp. *Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam,*
Claud. in *Tum, cùm Mæoniam virgo, Sipylúmque colebat.*
lib. 1. *—laxet rutilos tibi Lydia fontes,*
Iungantur ſolium Crœſi, Cyrique tiaræ:
Nunquam diues eris, nunquam ſatiabere quæſtu,
Semper inops, quicunque cupit.

Lydius amnis Pactolus.

Tibull. lib. 3. *Nec me regna iuuent, nec Lydius aurifer amnis,*
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Paling. in *Principiò ſummum eſſe bonum pars maxima cenſet,*
Tauro. *Numorum plenam bene ſemper habere crumenam,*
Atque auri tantum, quantum vel Lydius amnis,
Vel Tagus, æquoreas ſplendens eructat in vndas.

Pactolus, & Hermus fluuij Lydiæ.

Horat. in E- *Sis pecore, & multa diues tellure licebit:*
podis. *Tibíque Pactolus fluat.*
Lucan. lib. 3. *Paſſáque ab auriferis tellus exire metallis*
Pactolon: qua culta ſecat non vilior Hermus.
Iuuē. Sat. 14. *Sed cuius votis modo non ſuffecerat aurum,*
Quod Tagus, & rutila voluit Pactolus arena,
Frigida ſufficient velantes inguina panni.
Crœſus Ly- *Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri*
dis impera- *Fregit, vt Eunucho fluerent Pactolus, & Hermus.*
uit.
Claud. in *Te quoque magnanimæ viderunt Iſmare gentes*
Eutrop. lib. 1. *Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,*
Virg. Æn. *Mæonia generoſe domo, vbi pinguia culta*
lib. 10.

Exer-

Exercéntque viri, Pactolúsque irrigat auro.
Huic cedit quicquid Tagus, & Pactolus, & Hermus Paling. in Leone.
Aurifero gignunt (si verum dicitur) alueo.
Sed neque Medorum sylua, ditissima terra, Virg. Georg. lib. 2.
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent.
Huic Hermum fuluóque Tagum decurrere limo. Stat. syl. lib. 1.
Aut quales referunt Baccho sollennia Nymphæ, Claud. de raptu Proserp. lib. 2.
Mæoniæ quas Hermus alit, ripásque paternas
Percurrunt auro madidæ: lætatur in antro
Amnis, & vndantem declinat prodigus vrnam.

Tmolus mons Lydiæ.

Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga, Seneca in Thebaide.
Quà lata terris spatia frugiferis iacent,
Et quà trahens opulenta Pactolus vada Pactolus.
Inundat auro rura: nec latis minus
Mæandros aruis flectit errantes aquas,
Rapidúsque campos fertiles Hermus secat. Hermus.
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos, Ouid. de Ponto lib. 4.
Quot Sicyon Bacchas, quot parit Hybla fauos.
Hîc segetes, illic veniunt felicius vuæ, Virg. Georg. lib. 1.
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina, nónne vides croceos vt Tmolus odores, Crocum optimũ fert Tmolus mons.
India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?
Ardet Athos, Taurúsque Cilix, & Tmolus, & Oete. Ouid. Meta. lib. 2.

MYSIA REGIO ASIÆ Minoris Mediterranea.

HIc tenuit Mysas gentes in pace fideli, Idem de Ponto lib. 4.
Hîc arcu fisos terruit ense Getas.

Caicus fluuius Mysiæ.

Ouid. Meta. lib. 15. *Et missum capitisque sui, ripæq; prioris*
Pœnituisse, aliáque sirunt nunc ire Caicum.

GALATIA REGIO ASIÆ Minoris Mediterranea, supra Mysiam. Est autem Galatia vicina Phrygiæ.

Stat. Syl. li. 1. *HVnc Galatia vigens ausa est incessere bello.*
Claud. in Eutrop. lib. 1. *— dolet ille paternâ*
Bithynos mutasse domo. suffixa patenti
Vestibulo pretiis distinguit regula gentes,
Claud. in Eutrop. lib. 2. *Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.*
Pars Phrygiæ, Scythicis quæcunque Trionibus alget,
Proxima Bithynos: Solem quæ condit, Ionas:
Quæ læua, attingit Galatas: vtrinque propinqui
Finibus obliquis Lydi, Pisidæq; feroces.

Cnidus vrbs Cariæ.

Lucan. lib. 8. *Radit saxa Sami: spirat de litore Coo*
Aura fluens: Cnidon inde fugit, clarámque relinquit
Sole Rhodon.

LYCIA MARITIMA REgio Cariæ vicina.

Dionysius. *AD mare autem vergentem Lycij terram incolũt,*
Xanthi adfluenta, pulchriflui amnis.
Ad Pamphylios etiam vsque: Cragum verò illum vulgo appellant.

Illic

Illic etiam videre queas quod supra mare est oppidum Aspendũ opp.
Aspendum, fluminis iuxta vndas Eurymedontis, Eurymedon fluuius.
Vbi suũm mactationibus Dionæam placant.
Qui rore puro Castaliæ lauit Horat. carm. lib. 3.
Crines solutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalémque syluam,
Delius, & Patareus Apollo. Patara opp.

Lycij montes, inter quos erat Chimæra.

Hic mouet Ortygiã, mouet hic rapida agmina Nysa, Stat. Syl. li. 1
Hinc Lycij montes, gelidæq; vmbracula Thymbræ.
Hinc Lyciæ sortes. — Virgil. Aeneid. lib. 4.

Chimæra mons Lyciæ igniuomus, Capris, Leonibus & Draconibus abundans.

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra. Lucret.
Quóque Chimæra iugo mediis in partibus hirci, Ouid. lib. 6.
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat. Meta.
Antè leo, post autem draco, media autem capra, Homerus li 6. Iliad.
Ingentem spirans ignis vim ardentis.

PAMPHYLIA REGIO Asiæ Minoris maritima Lyciam sequitur.

Alia autem deinceps Pamphylicæ sunt vrbes, Dionysius.
Corycus, Pergáque, & ventosa Phaselis. Corycus o Perga opp.
Harum autem ad Orientem mediam terram habitant Phaselis op
Periti in bellis Lycaones, curuis arcubus vtentes.
— *medio pelago Pamphilia puppi* Luc. lib. 8.

Occurrit tellus:nec se committere muris
Ausus adhuc vllis,te primùm parua Phaselis
Magnus adit:nam te metui vetat incola rarus,
Exhaustaq; domus populis,maiórque carina
Quam tua turba fuit.tendens hinc carbasa rursus
Dipsons. *Iam Taurum,Tauróque videt Dipsonta cadentem.*

PISIDIA REGIO ASIÆ Minoris mediterranea supra Pamphyliam.

Termessus oppidum. *HOs verò post,Pisidarum pingue solum: vbi vrbes,*
Lyrba opp. *Termessus, Lyrbáque,& quam condidit populus*
Olim aliquādo Amyclaeorum,quæ est magni nominis in
Selga opp. *terra Selga.*
Inde autem in Orientem,obliquū circumsecat tramitem
Multum introgressum circunfluum mare,
Vicinum Euxino vndoso æquori.
Asiæ Minoris seu Ciliciæ angustiæ. *Ille sanè Cilicum trahitur circum gentes sinus*
Longus in Orientem: Asiæ verò angustias vocant.
Atq; in hunc quidē multorum fluminū cōmiscetur vnda,
Pyramus fl. Pinarus fl. *Procul venientium,Pyramique & Pinari,*
Cydnus fl. *Cydniq; flexuosi mediam per Tarsum euntis,*
Tarsus opp. *Tarsum benè structam,vbi quondam Pegasus equus*
Vngula amissa,loco reliquit nomen quando ex equo
Ad Iouis domicilium proficiscens decidit heros Bellerophon.
Illic etiamnum campus Aleius,cuius dorso
Ab hominibus seorsum oberrans versabatur.
Claud. in Eutrop. lib. 2. *Finibus obliquis Lydi,Pisidaq; feroces*
Continuant Australe latus.

LYCAO-

LYCAONIA REGIO ASIÆ Minoris supra Pisidiam.

Harum autem ad Orientem mediam terram habitant Dionysius.
Periti in bellis Lycaones, curuis arcubus vtentes.

Lystra vrbs Lycaoniæ.

Inde Lycaonios incedens passibus agros Sedulius li.2. in Acta Apost.
Lystram Paulus adit.

Lycus fluuius Lycaoniæ.

Hic fontes natura nouos emisit, & illic Metam li.15.
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt.
Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc, alióque renascitur ore.
Spectabat diuersa locis, Phasimq; Lycumq;. Virg. Georg. lib.4.

GEOGRAPHIAE POETICÆ LIBER QVARTVS,

QVI EST DE MARI, & Insulis.

Diuiditur autem in vniuersum Mare, in Oceanum, & Mediterraneum.

Maris & Oceani generalis descriptio.

Dionysius.

Oceanus vniuersam terrã ambit.

Oceanus varia nomina sortitur.

TAlia sanè de terminis mortales vulgarunt.
Circumquáque porro insatigati fertur fluxus Oceani,
Vnus quidem, sed multis cognominibus instructus.
Nempe qui est ad Locri extremitatem Zephyri,
Atlas, & occiduus nuncupatur: verùm desuper
Ad Boream, vbi pubes Marte furentium Arimasporũ,
Pontum ipsum vocant congelatúmque, Saturniumq;.
Sed alij Mortuum quoque dixerunt, propter debilem
Solem: tardius enim super mare hoc lucet,
Semper autem tenebricosis crassescit in nubibus.
At vbi primùm apparet hominibus,
Eoum vocant atque Indicum fluctum maris.
Propè autem Rubrúmq; ac Æthiopium appellant,
Ad Austrũ: vbi certè multus nõ habitata terra tractus
Extensus est, feruidis vstus Solibus.
Hic Oceanus circuncurrit terram vniuersam,
Tantus, & talia inter homines nomina trahens.
Sinus autem hinc inde eructat, introrsum mittens

Atlanticum mare. Arimaspicũ. Saturnium. Cõgelatum. Mortuum.

Eoum. Indicum. Rubrum. Æthiopicũ.

In

In mare: paruos quidem plures, quatuor verò maximos. Tertius maris quatuor sunt præcipui sinus.
Scilicet primus, qui occiduum mare gignit,
Tractus è Lybia intra Pamphylicam terram.
Secundus autem, exiguus quidem, sed potissimus aliorũ, Pamphylius.
Qui separatus à Cronio mari, à Borea, Cronius, seu Caspius, seu Hyrcanius.
Caspio profundum fluentum intromittit mari:
Quod etiam Hyrcanium alij nuncuparunt.
At aliorum sinuum, qui sunt ab australi mari ambo,
Vnus quidem superior est, Persicum fluctum profundens, Persicus.
Contra Caspium versus mare: alter verò Arabicus fluctuat iuxta sinus, Arabicus.
Euxino Ponto magis australem sulcum voluens.
Tot quidem sinus procellosi Oceani,
Maiores: verùm alij etiam innumeri sunt.

Oceanus.

Et pater Oceanus, totum qui amplectitur orbem. *Catullus.*
Nequicquam Deus abscidit *Horat. carm. lib. I.*
Prudens Oceano dissociabili
Terras: si tamen impiæ
Non tangenda rates transliunt vada.
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles *Aeneid. li. I.*
Hiberni.

— cerno *Paling. in Leone.*
Inde etiam Oceanum totas circundare terras:
Pérque ipsas flexo, velut anguis, serpere cursu
Nerea cæruleum, modici sub imagine riui.

Oceani & Insularum, quæ sunt in eo particularis descriptio.

Mare Septentrionale seu glaciale, quod & Scythicum appellatur.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem *Iuuenal. sat. li. 2.*

Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios simulant, & Bachanalia viuunt.
Palin. in Sagittario. *His dictis conuerti oculos ad frigida mundi*
Sidera, quà geminam noster polus aspicit Arcton,
Et sua semper agit circum sarraca Bootes.
Illic regem alium video, innumerásque malorum
Spirituum turbas, Aquilonia rura colentes,
Gestantésque hamos manibus.

INSVLÆ OCEANI, ET PRImùm quidem quæ sunt in mari Septentrionali.

Thule.

Virgilius. *Terrarúmque vltima Thule —*
Claud. de bello Getico. *Famáque nigrantes succincta pauoribus alas*
Secum cuncta trahens à Gadibus vsque Britannum
Terruit Oceanum, & nostro procul axe remotam
Insolito belli tremescit murmure Thulen.
Stat. Syl. li. 3. *Quanquam, & si gelidas irem mansurus ad Arctos,*
Vel super Hesperiæ vada caligantia Thules:
Aut septem gemini caput haud penetrabile Nili,
Hortatere vias.
Dionysius. *Multa autem vlterius vbi secueris viam Oceani,*
In insulam Thulem bene ædificata naue trayciens
Vbi quidem Sole progresso ad polum vrsarum,
Interdiu simul ac noctu semper conspicuum effunditur lumen.
Obliquiore namque tunc versatur conuersione,
Radys directam ad inclinationem venientibus,
Donec ad atros Aethiopas australẽ viã rursus cõfecerit.

Iuuer-

Iuuerna & Orchades Thulæ insulæ vicinæ.

—arma quid vltra Iuuen. sat. 2.
Littora Iuuernæ promouimus, & modo captas
Orchadas, ac minima contentos nocte Britannos?

BRITANNIA, QVÆ NVNC

Anglia dicitur, cuius pars est Caledonia à sylua sic dicta, quæ nunc Scotia dicitur.

QVinte Caledonios mecum visure Britannos. Martial.
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos. Lucan. lib. 6.

Britannia.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Virg. Eglo. 1.
Venit & extremis legio prætenta Britannis, Claud. de bello Getico.
Quæ Scoto dat fræna truci, ferróque notatas
Perlegit exanimes Picto moriente figuras. Scoti populi. Picti populi.
Aliæ autem Oceani ad borealia littora Dionysius.
Duæ insulæ sunt Britannicæ, contra Rhenum: Zelandia & Holandia dicūtur hodie.
Illic enim extremum eructat in mare vorticem.
Harum sanè magnitudo immensa: neque vlla alia
Insulas inter omnes Britannicæ æquatur. Britanniç insulę nulla cōparanda.
Iuxta autem paruarum insularum alius tractus, quò vxores
Hominum ex vlteriore ora illustrium Amnitarum Amnitæ po.
Profectæ peragunt iuxta ritum sacra Baccho,
Redimitæ hederæ nigra folia habentis corymbis,
Nocturna: strepitus autem tinnulus excitatur sonitus.
Non sic Thraciȩ iuxta ripas Absinthi

Bistonides inclamant multifrenum Iraphio ten,
Neque sic cum liberis nigros habentem vortices circa Gangem
Indi comessationem agitant valde strepero Dionyso,
Sicut illo in loco euant mulieres.

Ausonius Edyll.12.
Aut Italûm populos, aquilonigenásque Britannos
Præfecturarum titulo tenuere secundo.

Paling. in Leone.
Hispanos, Italos, Gallos, rigidósque Britannos.

Iuuenal. sat.
Quantum Delphinis balæna Britannica maior.
Qua nec terribles Cimbri, nec Britones vnquam.

Proper. lib. 1. Essedum currus Británorum.
Esseda cælatis siste Britanna iugis.

Sidonius Apollinaris Carmin. 7.
— victricia Cæsar
Signa Caledonios transuexit ad vsque Britannos,
Fuderit & quanquam Scotum, & cum Saxone Pictum,
Hostem quæsiuit, quem iam natura negabat
Quærere plus homines.

MARE GALLICVM, seu Santonicum.

Tibull. lib. 1.
NOn sine me est tibi partus honos per bella. Pyrene
Testis, & Oceani litora Santonici.

MARE ARABICVM, QVOD & Erythræum, Rubrum, & sinus Arabicus appellatur.

Dionysius.
IN de verò ditissimorum Arabum adiacet terra,
Multum ascendens duplici circumdata mari,
Persicóque, Arabicóque: ventum autẽ sortitum est vtrunque:

Arabi-

Arabicum mare, Zephyrum: Persicum autē Euri ortus habet.
Limes autem illi australis conuersus ad Orientem
Alluitur rubris fluctibus Oceani.
Etiam huius tibi situs eloquar. Eximiè enim ipsum
Inter omnes valde opulenti, & insignes populi colunt.
Aliud quinetiam miraculum valde magnū obtigit illis:
Semper fragrans aromatis, suauiter subolet
Vel thus, vel myrram, vel bene odoratum calamum,
Aut etiam diuinum maturescens thus,
Vel casiam. Reuerà enim in terra soluit illa Aromatis seu abūdet Arabia.
Iupiter ipsum Dionysum bene suto à femore:
Proinde nato odorata nascebantur omnia.
Oues quinetiam tunc densis onerabantur velleribus Oues Arabicæ.
In pascuis, subitis item delabebantur aquis lacus.
Volucres insuper aliunde non habitatis ab insulis
Venerunt, folia ferentes non vitiatorum cinamomorum.
At verò ille hinuli pellem in humeros extendit,
Et hedera iucunda pulchras ornauit comas:
Ebrius autem vino implexos quassauit thyrsos,
Blandè ridens, & magnas hominibus illis diuitias superfudit.
Quare ad hunc vsque diem thure gloriantur arua:
Montes autem auro: flumina item alia ex parte odoramentis.
Ipsi autem incolæ valde pinguem populum habent,
Aureis vestibus gloriantes mollibus.

Maris Arabici accolæ.

Verumenimuero primi quidem vltra decliuitatem Libani Idem.
Diuites habitant cognomento Nabatæi. Nabatæi po.
Propè autem Chablasiiq; & Agrei: quos iuxta tellus Chablasii po. Agrei pop.

Chatramitæ populi. *Chatramitica incolitur, è regione Persicæ terræ.*
Cæterùm rubri latus habitant maris
Minnæi pop. Sabæi po. Cletabeni po. *Minnæique Sabæiq; & vicini Cletabeni.*
Tot quidem Arabiam ingentes gentes tenent.
Alia verò insuper & plurima: circumquaque enim est maxima.
Huius autem ad vlteriorem regionē sub flatu Zephyri,
Erembi populi desertæ Arabiæ. *Sterile monticolarum apparet solum Eremborum,*
Qui vitam in petris suffossis posuerunt,
Nudi & possessionibus carentes: quinetiam ipsis
Sudore nigrum redditur aridum corpus:
Temerè verò, more ferarum, oberrantes molestias habent.
Deserta Arabia siticulosa regio. *Non sicut delicatè viuentium Arabum genus. Non enim in felicitate*
Æquam sortem omnibus hominibus attribuit deus.

MARE INDICVM SEV Eoum, cuius pars est sinus Persicus.

Idem. *AT vbi primùm apparet hominibus,*
Eoum vocant atque Indicum fluctum maris.
Propè autem Rubrúmq; ac Aethiopum appellant,
Ad austrū: vbi certè multis non habitata terra tractus
Extensus est, feruidis vstus solibus.

Taprobane Insula maris Eoi, seu Indici.

Idem. *Inde autem conuersus australe ante promontorium,*
Illico Coliadis magnam ad insulam peruenies,
Matrem Taprobanā in Asia genitorum elephātorum.
Quam

Quam supra cœlestibus sublatus conuersionibus
Versatur in orbem in æthere Cancer ardens.
Ipsa autem amplissima, quod ad magnitudinem attinet.
circa eam autem vndique
Cete littora habent, Erythræi pecora maris,
Montibus altissimis similia: super horum autem summa
Inhorrescit dorsa prælongus tractus spinæ.
Hostium vtique filij agitati per mare
Illis occurrunt errantes. non enim effugium
Exitiosis ex faucibus: siquidem ingens hiatus existit.
Sæpenumero autem etiam nauem cum ipsis hominibus nauis
Illa absorbuerint monstra. etenim sceleratis
In mari & terra mala infinita constituit deus.
Quid tibi si calida prosit laudere Syene,
Aut vbi Taprobanem Indica tingit aqua?

Taprobane sub Cancro sita.

Balænæ maris Eoi ingentes.

Ouid. de Ponto lib. I.

Aurea insula, seu Chersonesus.

Verùm quum Scythici profundum gurgitem Oceani
Naui sulcaueris, atque vlterius ad mare Eoũ deflexeris,
Auream tibi insulam adducit via, vbi etiam ipsius
Ortus puri cernitur Solis.

Dionysius.

MARIS MEDITERranei descriptio.

Mare Hispanicum, prima maris Mediterranei pars.

NUnc autem maris occidui referam meatum, quod ad omnes
Continentes tortuosis conuertitur pelagis:

Aliâs quidem insulis circunfluum, aliâs verò
Aut montium, aut oram subradens vrbium.
Vos verò, ô Musa, difficiles referte vias,
Auspicatæ ordine ab occiduo Oceano.
Vbi etiam columnæ in finibus Herculis
Stant (ingens miraculum) ad extremas Gades,
Alto sub monte longè latéque dispersorum Atlantum.
Vbi etiam ænea in cœlum excurrit columna,
Excelsa, densis operta nubibus.
Pontus quidem primus Ibericus incipientibus
Infunditur, qui & Europæ est initium
Et Libyæ. nam medius voluitur ambarum.
Columnæ autem hîc & illic ad latera sitæ sunt:
Vna quidem ad Europam, altera verò ad Libyam spe-
ctans.
Gallicum mare. *Illum autem excipit Galaticus gurges: ibiq́; terra*
Massylia op. *Massilia extensa est, rotundum portum habens.*
Ligusticum mare. *Deinceps post hos Ligusticum trahitur salum.*

Gades prima insula maris mediterranei ex Oceano intrantibus.

Sil. Ital. lib. 1. *Sic clausum linquens arcano pectore bellum,*
Gades insula finis mundi ad Occasum. *Atque hominum finem Gades, Calpémque secutus,*
Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis
Hasdrubal. *Occubuit sæuo Tyrius certamine ductor.*
Idem lib. 3. *Extemplo positos finiti cardine mundi*
Victor adit populos, cognatáque limina Gades.
Nec vatum mentes agitare, & præscia corda
Templú Herculis & oracula olim in insula erant. *Cessatum super imperio: citus æquore Bostar*
Vela dare, & rerum prænoscere fata iubetur.
Prisca fides adytis longo seruatur ab æuo,
Qua sublime sedens Cyrrheis æmulus antris
Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon

Fati-

Fatidico pandit venientia secula luco.
Hinc omen cœptis, & casus scire futuros
Ante diem, bellique vices nouisse petebat.
Exin clauigeri veneratus numinis aras
Captiuis onerat donis, quæ nuper ab arce
Victor fumantis rapuit semiusta Saguntbi.
Vulgatum, nec cassa fides, ab origine fani
Impositas durare trabes, soláque per æuum
Condentum nouisse manus, hic credere gaudent
Consedisse deum, seniúmque repellere templis.
Tum queis fas, & honos adyti penetralia nosse
Fœmineos prohibent gressus, ac limine curant
Setigeros arcere sues: nec discolor vlli
Ante aras cultus, velantur corpora lino,
Ex Pelusiaco præfulget stamine vertex.
Discinctis mos thura dare, atque è lege parentum
Sacrificam lato vestem distinguere clauo.
Pes nudus, tonsæq; comæ, castúmque cubile,
Inrestincta focis seruant altaria flammæ.
Sed nulla effigies, simulacráve nota deorum:
Maiestate locum, & sacro impleuere timore.
In foribus labor Alcidæ, Lernæa recisis
Anguibus Hydra iacet, nexúq; elisa leonis
Ora Cleonei patulo cælantur hiatu.
Ast stygius sæuis terrens latratibus vmbras
Ianitor, æterno tum primùm tractus ab antro,
Vincla indignatur, metuítque Megæra catenas.
Iuxta Thraces equi, pestísque Erymantia, & altos
Æripedis ramos superantia cornua ceruæ.
Nec leuior vinci Libycæ telluris alumnus
Matre super: stratíque genus deforme bimembres
Centauri: frontémque timet minor amnis Acarnan;
Inter quæ fulget sacratis ignibus Oethe,

Templi Gaditani antiquitas.

Vestis laticlauus in sacris Herculis Gaditani.

Ingentémque animam rapiunt ad sidera flammæ,
Postquam oculos varia impleuit virtutis imago,
Mira dehinc cernit surgentis mole profundi
Iniectum terris subitum mare, nulláque circa
Littora, & infuso stagnantes æquore campos.
Nam quà cæruleis Nereus euoluitur antris
Freti Gaditanidescriptio. *Atque imo freta contorquet Neptunia fundo,*
Præruptum exundat pelagus, cæcósque relaxans
Oceani fontes, torrentibus ingruit vndis.
Tum vada, ceu sæuo penitus permota tridenti
Luctantur, terris tumefactum imponere pontum.
Fluxus & refluxus freti Gaditani. *Mox remeat gurges, tractóque relabitur æstu,*
Ac ratis erepto campis deserta profundo,
Effusi transtris expectant æquora nautæ.
Cymothoes ea regna vaga, pelagíque labores
Luna mouet, luna immissis per cœrula bigis,
Fértq; refért q; fretum, sequiturq; reciproca Thetis.
Dionysius. *Nempe in medio occiduarum columnarum,*
Gades à Phœnicibus primùm cōdita. *Extremæ Gades apparent hominibus,*
Insula circumflua in finibus Oceani:
Ibi Phœnicum hominem genus inhabitant,
Venerantes magni Iouis filium Herculem.
Gades insula olim Cotinusa dicta. *Atque hanc quidem incolæ, ætate priorum hominum*
Dictam Cotinusam, vocarunt Gades.
Lucr. lib. 6. *Quídve quod in Ponto'st differre à Gadibus, atq;*
Vsque ad nigra virûm, percoctáque sæcla calore?
Stat. Syl. li. 3. *Nec mihi plus Nemée, priscúmq; habitabitur Argos*
Nec Tiburna domus, Solísque cubilia Gades.

Baleares insulæ, quæ & Ebusæ dictæ.

Gymnesiæ insulæ. *Insulæ autem deinceps Gymnesiæ [Baleares] propè verò Busus,*
Dionysius. Busus.
Sardinia. *Sardiniáque latissima, & immensa in mari Cyrnus,*

Quam

Quam quidem Corsicam viri indigenæ appellant; Corsica.
Nemoribus autem abundans nulla adeo vt illa.
Et quas præcoquit Ebosia cannas. Stat.Syl.li.1.

MARE GALLICVM ET Ligusticũ,eius insulæ,Corsica,quæ & Cyrne dicitur.

DEinceps verò in Corsicam eructat falsam aquam: Idem.
Post hanc autem Sardoniũ murmurat intus mare.
Sardiniáque latissima immensá in mari Cyrnus, Idem.
Quam quidem Corsicam viri indigenæ appellant.
Si mihi tempestas Libyam,ventíque negabunt, Claud.de bello Gildonico.
Augusti fortuna dabit:iam classis in altum
Prouehitur.dextra Ligures,Etruria læua
Linquitur,& cæcis vitatur Corsica saxis.
Quam puto de longa collectam flore cicutæ Mare Corsicum periculosum.
Melle sub infami Corsica misit apis.
Te quoque,Tempestas,meritam delubra fatemur, Amorum lib.1.
Cùm penè est Corsis obruta classis aquis. Mel Corsicũ quale.
Cum primùm roseo fulsis Eous equo, Fastorũ li.6.
Incipit obscuros ostendere Corsica montes, Rutil.Itiner. lib.1.
Nubiferúmque caput concolor vmbra leuat.
Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu,
Defessisq́ oculis Luna reperta latet. E continenti in Corsicam breuissimus traiectus.
Hæc ponti breuitas auxit mendacia famæ,
Armentale ferunt quippe natasse pecus,
Tempore Cyrnæus quo primum venit in oras
Forte secuta vagum fœmina Corsa bouem.

Capraria Insula maris Ligustici.

Idem.

Processu pelagi iam se Capraria tollit,
Squallet lucifugis insula plena viris:
(Ipsi se Monachos graio cognomine dicunt,
Quod soli nullo viuere teste velint)
Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur:
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat?
Quænam peruersi rabies tam stulta cerebri,
Dum bona formides, nec bona posse pati?
Siue suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
Tristia seu nigro tristia felle tument,
Sic nimiæ vilis morbum assignauit Homerus
Bellerophonteis sollicitudinibus.

Monachi iā pridem in Capraria insula.

SARDOUM MARE A SARdinia insula dictum.

Claud. de bello Gildonico.

HVmanæ speciem plantæ se magna figurat
Insula. Sardiniam veteres dixere coloni.
Diues ager frugum: Pœnos, Italósve petenti
Opportuna situ: qua pars vicinior Afris,
Plana solo, ratibus clemens: qua respicit Arcton,
Immitis scopulosa, procax: subitísque honora
Fluctibus, insanos infamat nauita montes.
Hinc hominum, pecudúmque lues, hinc pestifer aër
Sæuit: & exclusis regnant Aquilonibus Austri.
Quos vbi luctatis procul effugere carinis,
Per diuersa ruunt sinuosæ littora terræ.
Pars adit antiqua ductos Carthagine muros.
Partem litoreo complectitur obuia muro.
Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti

Tendi-

Tenditur in longum Caralis, tenuémque per vndas Caralis opp.
Obuia dimittit fracturum flamina collem.
Efficitur portus medium mare, tutáque ventis
Omnibus ingenti mansuescunt stagna recessu.
Insula fluctisono circumuallata: profundo Sil. Ital. li. 12.
Castigatur aquis, compressáque gurgite terras
Enormes cohibet, nudæ sub imagine plantæ. Ichnusa dicta olim Sardinia.
Inde Ichnusa prius Graiis memorata colonis:
Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Sardinia vnde dicta.
Herculis ex sese mutauit nomina terræ.
Affluxere etiam, & sedes posuere coactas
Dispersi pelago, post eruta Pergama, Teucri.
Nec paruum decus, aduecto cum classe paterna
Agmina Tespiadum, terris Iolae petisti.
Fama est, cùm laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret, spectata in fonte Dianæ, Sardinia habitata à diuersis profugis.
Attonitum nouitate mali fugisse parentem
Per freta Aristæum, & Sardoos isse recessus,
Cyrenem monstrasse ferunt noua littora matrem.
Serpentum tellus pura, ac viduata venenis,
Sed tristis cælo, & multa vitiata palude. Sardinia insalubris insula.
Quà videt Italiam, saxoso torrida dorso
Exercet scopulis latè freta, pallidáque intus
Arua coquit nimium, cancro fumantibus Austris.
Cætera propensa Cereris nutrita fauore.
Æquoráque Afra legit: Sardoaq; regna sinistris
Respicit à remis: Ausoniamq; tenet. Fast. lib. 4.
—iam iam conscendere puppes, Claud de bello Getico.
Sardonióśque habitare sinus, & inhospita Cypri
Saxa parant, vitámque freto spumante tueri.
Nullo fata loco possis excludere, cum Mors Martial.
Venerit in medio Tybure Sardinia est.

MARE LIBYCVM SIVE Africum Sardoo vicinum ad Meridiem.

Dionysius. *AD austrum autem & Libycus meatus, & Syrtidis initium est*
Alterius: alteram verò videas, vlterius vbi traieceris,
Occidentalem: quam ante duæ paruæ insulæ sunt,
Meninx & Cercinna, Libysticum portum habentes.

Insulæ maris Libyci Melite, & Cosyra vicinæ.

Fast. lib. 3. *Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ*
Insula, quam Libyci verberat vnda freti.

MARE TVSCVM, TYRRHEnum vel Inferum excipit mare Sardoum. Dicitur autem Tuscum & Tyrrhenũ à Tuscis Hetruriæ populis.

Horat. carm. lib. 4. *PHœbus volentem prælia me loqui,*
Victas & vrbes, increpuit lyra:
Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela dare.

Insulæ maris Tyrrheni.

Æoliæ insulæ, quæ & Vulcaniæ.

Dionysius. *Hanc autem post, Æoli sunt, quæ circuiri possunt, in mari Insulæ,*

Æoli

Æoli Hippotadæ, hospitalis regis,
Æoli qui miranda inter homines sortitus est munera,
Imperium ventorum turbantium, quiescentiumq́;.
Septẽ autẽ ei illæ sunt, cognominatæ ab hominib⁹ Plotæ, Plotæ dictæ Æoliæ insul.
Eo q͏̄ mediam circũnauigationem habent circumflexã,
Æquore Trinacrio, refugíque à parte Pelori, Valer. Virg. lib. 1.
Stat rupes horrenda fretis: quot in æthera surgit
Molibus, infernas totiens demissa sub vmbras.
Nec scopulos, aut antra minor iuxta altera tellus
Cernitur: illam Achamas habitat, nudúsque Pyragmon.
Has nimbi, ventíque domos, & naufraga seruat
Tempestas: hinc in terras latúmque profundum
Est iter: hinc olim soliti miscere polúmque
Infelixque fretum (neque enim tunc Æolus illis
Rector erat, Libya cùm rumperet aduena Calpen
Oceanus, cùm flens Siculos Oenotria fines
Perderet, & mediis intrarent montibus vndæ)
Intonuit, donec pauidis ex æthere ventis
Omnipotens, regémque dedit, quem iussa vereri
Sæua cohors: in monte chalybe iteratáque muris
Saxa domant Euros. cùm iam prohibere frementum
Ora nequit rex, tunc aditus & claustra refringit
Ipse volens, placátque data fera murmura porta.
Talia flammato secum dea corde volutans, Virg. Aen. lib. 1.
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
Æoliam venit. Hîc vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt. celsa sedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras, cælúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum vertántque per auras.

Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens: molémque, & montes insuper altos
Imposuit, regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret iussus habenas

Virg. Aen. lib. 8. *Insula Sicanium iuxta latus, Æoliámque*
Erigitur Liparem, fumantibus ardua saxis,
Lipare. *Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis*
Antra Ætnaa tonant, validique in cudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntque cauernis
Strictura chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcania insula. *Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*
Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésq;, & nudus membra Pyracmon.

Sil. Ita. li. 12. *Tradunt Herculea prostratos mole gigantes*
Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri latè campos, quotiésque minatur
Rumpere compagem impositam, expallescere cœlum,
Prochyte insula. *Apparet Prochyte sæuum sortita Mimanta.*
Inarymę insula. *Apparet procul Inaryme, qua turbine nigro*
Fumantem premit Iapetum, flammasq; rebelli
Ore eiectantem, & si quando euadere detur,
Bella Ioui rursus superísque iterare volentem.

Stat. Syl. li. 2. *Hac videt Iranimen, illi Prochyta aspera paret,*
Armiger hac magni patet Hectoris: inde malignum
Nessis insula. *Aëra respirat pelago circunflua Nessis:*
Euplæa insula. *Inde vagis omen felix Euplea carinis,*
Quæq; ferit curuos exerta Megalia fluctus
Megalia insula. *Angitur: & domino contrà recubante, procúlque*
Surrentina tuus spectat pratoria Limon.

MARE

MARE SICVLVM, A Sicilia Insula dictum.

Hinc mare Trinacrium, candens vbi tingere ferrum Fast.lib.4.
Brontes, & Steropes, Æmonidésque solent.
Nolis longa feræ bella Numantiæ, Horat carm. lib.2.
Nec dirum Annibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum sanguine, mollibus
Aptari Citharæ modis.

Siciliæ insulæ, quæ & Trinacria & Sicania dicitur, descriptio.

Trinacria autem post has, super solum Ausoniorum Dionysius.
Extenta est, latera super tria stans:
Promontoria verò ei, Pachynúsque, Pelorísque, Lilybéque. Promontoria.
Sed enim Lilybeum quidem ad flatum Zephyri Pelorus. Lilybeum.
Prominet: Pachynus verò ad orientem: cæterùm ad vrsas Pachynus.
Ventosa Peloris in Ausoniam spectans.
Huius quidem ad boream perniciosa nautis via,
Angustáque & obliqua, & intractabilis, vbi mare Scylla & Charybdis in mari Siculo.
Tractum longos fremit circa scopulos,
Aonio scissum multas cuspides habente ferro.
Numina magna loci iussi veneramur, & inde Virg.lib.5. Æneid.
Ex supero præpingue solum stagnantis Elori. Elorus fl.
Hinc altas cautes, proiectáque saxa Pachini Pachinus.
Radimus, & fatis nunquam concessa moueri
Apparet Camarina procul, campíque Geloi, Camarina palus.
Immanísque Gela fluuij cognomine dicta. Gelas oppid. & fl.

Agragas mons & opp. *Arduus inde Agragas ostentat maxima longè*
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum.
Selinis vrbs Siciliæ. *Téque datis linquo ventis palmosa Selinis:*
Et vada dura lego saxis Lilybæia cæcis.
Drepanum. *Hinc Drepani me portus, & illætabilis hora*
Accipit. hîc, pelagi tot tempestatibus actus.
Lucan. lib. 3. *Curio Sicanias transcendere iussus in vrbes*
Quà mare tellurem subitis aut obruit vndis,
Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras.
Vis illic ingens pelagi, sempérque laborant
Æquora, ne rupti repetant confinia montes.
Belláque Sardoas etiam spargüntur in oras.
Siciliæ frumenti feracissima. *Vtráque frugiferis est insula nobilis aruis.*
Nec plus Hesperiam longinquis messibus vllæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ:
Vbere vix glebæ superat, cessantibus austris,
Cùm medium nubes, Borea cogente, sub axem
Effusis magnum Libye tulit imbribus annum.
Empedocles Philosophus Siculus. *Quorum Acragantinus cum primis Empedocles est:*
Insula quem triquetris terrarum gessit in oris:
Lucret. lib. I. *Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor,*
Ionium glaucis aspergit littus ab vndis:
Italiæ terrai oras à finibus eius:
Hîc tamen est vasta Charybdis: & hîc Ætnæa minantur
Murmura flammarum rursum se conligere iras:
Sicilia habet varia miracula. *Faucibus eruptos iterum vt vis euomat ignes:*
Ad cælúmque ferat flammai fulgura rursum:
Quæ cùm magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, visendáque fertur,
Rebus opima bonis, multa munita virûm vi.
Claud. de raptu Proserp. lib. I. *Æthera deseruit, Siculásque relegat in oras*
Ingenio confisa loci. Trinacria quondam

Italiæ

Italiæ pars vna fuit:sed pontus,& æstus
Mutauere situm.rupit confinia Nereus
Victor,& abscissos interluit æquore montes,
Paruáque cognatas prohibent discrimina terras.
Nunc illam sociæ raptam tellure trisulca
Opponit natura mari.Caput inde Pachyni
Respicit Ionias protentis rupibus iras:
Hinc latrat Gætula Thetis,Lilybæáque pulsat
Brachia consurgens: hinc dedignata teneri
Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.
In medio scopulis se porrigit Ætna perustis.
Flectite nunc vestros Heliconis numina cantus, Syl.Ital. lib.14.
Orthygiæ pelagus,Siculásque ad littoris vrbes. Orthygia insula.
Muneris hic vestri labor est,modo Daunia regna
Æneadum,modò Sicanios accedere portus,
Aut Macedûm lustrare domos,& Achaica rura,
Aut vaga Sardoo vestigia cingere fluctu,
Vel Tyriæ quondam regnata mapalia genti,
Extremúmque diem & terrarum inuisere metas,
Sic poscit sparsis Mauors agitatus in oris.
Ergo age,quà litui,quà ducunt bella,sequamur.
Ausoniæ pars magna iacet Trinacria tellus,
Vt semel expugnante Noto,& vastantibus vndis
Accepit freta cæruleo propulsa tridente.
Nanque per occultum cæca vi turbinis olim
Impactum pelagus lacerata viscera terræ
Disiicit,& medio perrumpens arua profundo,
Cum populis pariter conuulsas transtulit vrbes.
Ex illo seruans rapidus diuortia Nereus, Breuissimus traiectus ex Italia in Siciliam.
Sæuo diuiduos coniungi pernegat æstu.
Sed spatium,quod dissociat consortia terræ,
Latratus (fama est)sic arctâ interuenit vndâ,
Et matutinos volucrum transmittere cantus.

Multa solo virtus, iam reddere semen aratris,
Siciliæ laus.
Iam montes vmbrare oleâ, dare nomina Baccho,
Cornipedémque citum lituis generasse ferendis,
Hybla mons.
Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.
Hîc & Pæonios arcano sulfure fontes,
Hîc, Phœbo dignum, & Musis venerabile, vatum
Theocritus poeta fuit Siculus.
Ora excellentum, sacras qui carmine syluas,
Quique Syracosia resonant Helicona camæna.
Prompta gens lingua, ast eadem cùm bella cieret,
Portus æquoreis sueta insignire trophæis.
Antiphate rex Siculorum.
Post dirum Antiphatæ sceptrum, & Cyclopea regna
Vomere verterunt primùm noua rura Sicano,
Pyrene misit populos, qui nomen ab amne
Ascitum patrio, terræ imposuere vacanti.
Siculi vnde primum oriundi, & à quot postea populis habitata.
Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, nouauit
Possessis bello mutata vocabula regnis
Nec res dedecori fuit, aut mutasse pudebat
Sicanum Siculo nomen: mox accola Minos
Duxerat Eteretum non faustâ ad bella cohortes
Dædaleam repetens pennam: qui fraude nefanda
Postquàm perpetuas index concessit ad vmbras
Cocalus rex Siciliæ qui Dædalum fugienté hospitio excepit.
Cocali, dum insidiis fesso Minoia turba
Bellandi studio, Siculis subsedit in oris.
Miscuerunt Phrygiam prolem Troianus Acestes,
Troianúsque Helymus, fluctis, qui pube sequuta
Acestes opp.
In longum ex se donarunt nomina, muris.
Zanclæ opp.
Nec Zanclæa gerunt obscuram mœnia famam,
Dextera quam tribuit posito Saturnia telo.
Ennea opp.
Sed decus Enneis haud vllum pulchrius oris,
Syracusæ op.
Quàm qua Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo,
Et multum ante alias Ephyræis fulget alumnis.
Arethusa fons.
Hîc Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alphæon sacra portantem signa corona.

At non

At non æquus amat Trinacria Mulciber antra.
Non Lipare vastis subter deuasta caminis
Sulfureum vomit exeso de vertice fumum.
Ast Ætna eructat tremefactis cautibus ignes, Ætna mons.
Inclusi gemitus, pelagíque imitata furorem,
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores
Nocte diéque simul. fonte è Phlegetontis vt atro
Flammarum exundat torrens, piceáque procella
Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis.
Sed quanquam largo flammarum exæstuat intus
Turbine, & assiduè subnascens profluit ignis,
Summo cana iugo cohibet (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternóque rigore
Ardentes horrent scopuli, stat vertice celsi
Collis hyems, calidáque niuem tegit atra fauilla.
Quid referam Æolio regnatas nomine terras? Æolides insul.
Ventorúmque domos, atque addita claustra procellis?
Hic versi penitus Pelopeia ad regna Pachyni
Pulsata Ionio respondent saxa profundo.
Hic contra Libyámque situm, Chaurosq; furentes
Cernit deuexas Lilybæon nobile Chelas. Chelæ opp.
At quà diuersi lateris frons tertia terris
Vergit in Italiam prolato ad littora dorso,
Celsus arenosa tollit se mole Pelorus.
His longo mitis placido dominator in æuo
Præfuerat terris Hieron, tractare sereno
Imperio vulgum pollens, & pectora nullo
Parentum exagitare metu, pactámque per aras
Haud facilis temerare fidem, socialia iura
Ausoniis multos seruabat casta per annos.
Iámque Leontinos, Anisenáque flumina cursu Fastor. lib. 4.
Præterit, & ripas herbifer Aci tuas. Acis fl.
Liquerat Ortygiam, Megareáque, Pantagienq; Ortygia insul.

Simethos insula. *Quáque Simethæas accipit æquor aquas:*
Antráque Cyclopum positis exusta caminis:
Drepanon. *Quíque locus curuæ nomina falcis habet:*
Hymera fl. Didyme. *Himeraq́;,& Didymen, Agrigentaq́;, Taurominonq́;:*
Taurominon oppidum. *Sacrarúmque Melam pascua læta boum.*
Thasos opp. *Hinc Camerinã adit, Thasónque,& Heloria Tempe:*
Eryx mons. *Quaq́; iacet Zephyro semper apertus Eryx.*
Iamq́; Peloriaden, Lilybeaq́;, iamq́; Pachynon
Lustrarat, terræ cornua prima suæ.
Ouid. Met. lib. 13. *Priamides Helenus monitu prædixerat, intrent*
Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis:
E quibus imbriferos est versa Pachynos ad austros:
Mollibus expositum Zephyris Lilybæon: ad Arctos
Æquoris expertes spectat, Boreamq́; Peloros.
Zancle opp. *Nunc freta circumeunt. Zancle quoque iuncta fuisse*
Idem lib. 15. *Dicitur Italiæ, donec confinia pontus*
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.

Trinacria.

Idem Trist. lib. 5. *Cana prius gelido desint absynthia Ponto:*
Et careant dulci Trinacris hybla thymo.
Idem de Pō- to lib. 4. *Quàm tua Trinacria est, regnataq́; terra Philippo,*
Quàm domus Augusto continuata foro.
Sil. Ital. lib. 14. *Interea dum incerta labat sententia clausis,*
Exciti populi, atque vrbes socia arma ferebant.
Messana op. *Incumbens Messana freto minimúmque reuulsâ*
Discreta Italia, atque Osco memorabilis ortu.
Catina opp. *Tum Catine nimium ardenti vicina Typhæo,*
Et generasse pios quondam celeberrima fratres:
Camarina palus & opp. *Et cui non licitum fatis Camarina moueri.*
Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymetton
Hybla mons, vel mel optimum. *Audax Hybla fauis, palmis quoque onusta Selynis:*
Selynis opp. *Et iusti quondam portus, nunc littore solo*
Myle oppid. *Subsidium infidum fugientibus æquora, Myle.*

Necnon

Necnon altus Eryx, necnon è vertice celso Eryx mons.
Centuripe, Largóque virens Entella Lyæo, Centuripe oppidum.
Entella Hectoreo dilectum nomen Acestæ. Entella opp.
Non Tapsos, non è tumulis glacialibus Acræ Tapsos opp.
Defuerunt, Agathyrna manus, geminóque Lacone Agathyrna.
Tyndaris attollens sese affuit: altor equorum Acra mons. Tyndaris op.
Mille rapit turmas, atque hinnitibus aëra flammat,
Puluercam voluens Agragas ad mœnia nubem. Agragas op.
Ductor Grosphus erat, cuius calata gerebat
Taurum parma trucem, pœnæ monumenta vetustæ.
Ille vbi torreret subiectis corpora flammis, Phalaris tyrannus Siciliæ sæuissimus.
Mutabat gemitus mugitibus, actáque veras
Credere erat stabulis armenta effundere voces:
Haud impunè quidem. Nam diræ conditor artis
Ipse suo moriens immugit flebile tauro.
Venit ab amne trahens nomen Gela, venit & Hesa, Gela oppid.
Et qui præsenti domitant periura Palici Hesa oppid. Palici lacus.
Pectora supplicio, Troianáque venit Acesta. Acesta opp.
Quíque per Ætneos Acis petit æquora fines, Acis fl.
Et dulci Gratam Nereidà perluit vnda:
Æmulus ille tuo quondam Polypheme calori,
Dum fugit agrestem violenti pectoris iram,
In tenues liquefactus aquas, euasit & hostem,
Et tibi victricem Galathea immiscuit vndam. Galathea fl.
Necnon qui potant Hyspámque, Alabínque sonoros, Hyspa fl. Alabis fl.
Et perlucentem splendenti gurgite Achaten: Achates fl.
Qui fontes Vagedrusa tuos, & pauperis aluei Vagedrusa fons.
Hypatem, ac facilem superari gurgite parco Hypate fl.
Pantagyam, rapidíque colunt vada flaua Simethi. Pantaya fl. Semethus fl.
Littora Thermarum prisca dotata camœna prope Catinam.
Armauere suos: quà mergitur Hymerá ponto Thermæ.
Æolio, nam diuiduas se scindit in oras, Hymera fl.
Nec minus occasus petit incita, quàm petit ortus.

Nebrodes fons. *Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis,*
Quo mons Sicaniâ non surgit ditior vmbra.
Enna oppid. *Enna Deûm lucis sacram dedit ardua dextram.*
Hîc specus ingentem laxans telluris hiatum
Cæcum iter ad manes tenebroso limite pandit,
Proserpina rapta in Sicilia. *Quà nouus ignotas Hymenæus venit in oras.*
Hac stygius quondam stimulante cupidine rector
Ausus adire diem, mœstóque Acheronte relicto
Illicitas egit currum per inania terras:
Tum rapta præceps Enneâ virgine cessit,
Attonitos cœli visu, lucémque cauentes
In styga rursus equos, & prædam condidit vmbris.
Petrea opp. *Romanos Petrea duces, Romana petiuit*
Callipolis oppidum. *Fœdera Callipolis, lapidosiq́; Eugius artus.*
Eugius mōs. *Hadranum, Hergentúmque simul, teláque superba*
Hadranum oppidum. *Lanigerâ Melite, & littus piscosa Melacte,*
Hergentinū oppid. *Quaq́; procelloso Cephaledias ora profundo*
Melite insul. *Cæruleis horret campis pascentia Cete:*
Melacte ins. *Et qui correptas sorbentem verticis haustu,*
Atque iterum è fundo iaculantem ad sydera puppes
Taurominiū oppid. *Taurominitana cernunt de sede Charybdim.*
Charybdis. *Hæc Latium manus & Laurentia signa mouebat.*
Cætera Elyseis aderat gens Sicana votis.
Strongylos insula. *Mille Agathyrna dedit, perflatáq; Strōgilos Austris,*
Fascellina oppid. *Mille Thoanteæ sedes Fascellina diuæ.*
Tergemino venit numero fœcunda Panormos,
Panormus oppidum. *Seu syluis sectare feras, seu retibus æquor*
Herbesus fl. & oppid. *Vertere, seu cælo libeat traxisse volucrem.*
Morgentia oppidum. *Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli*
Sederunt, non frondosis Morgentia campis
Amastria op. Thisse opp. *Abstinuit Marte infido: comitata Nemais*
Netum opp. *Venit Amastra viris, & paruo nomine Thisse,*
Micite opp. Achetus fl. *Et Netum, & Micite, pubésque liquentis Acheti,*

 Sido-

Sidonia & Drepane, atque vnda clamosus Helorus, Drepanum oppid. Helorus fl.
Et mox seruili vastata Triochala bello, Triochala oppidum.
Sidonios Arabeia ferox, & celsus Ietas, Arabeia opp. Ietas oppid.
Et bellare Tabas docilis, Cossyráque parua: Tabus opp. Cossyra opp.
Nec maior Megara Mute concordibus ausis Megara opp. Mute oppid.
Iuuere, & strato Caulum spectabile ponto Caulum op.
Cùm sonat Halcyones cantu, nidósque notantes
Immotâ gestat sopitis fluctibus vnda.
Ipsa Syracusæ patulos vrbs inclyta muros Syracusæ op. eiúsque laus.
Milite collecto, variísque impleuerat armis.
Ductores facilem impelli, latámque tumultus
Vaniloquo pubem furiabant insuper ore.
Nunquam hoste intratos muros, & quatuor arces,
Et Salaminiacis quantam, Eoísque trophæis
Ingenio portus vrbs inuia fecerit vmbram,
Spectatum proauis: ter centum ante ora triremes
Vnum naufragium, mersásque impune profundo
Clade Pharetrigeri subnixas regis Athenas.
Flammabant vulgum geniti Carthagine fratres
Pœni matre genus, sed quos sub crimine pulsos
Vrbe Syracosia Libycis eduxerat oris Marcellus inuitus Syracusas oppugnauit.
Trinacrius genitor, gemináque à stirpe parentum
Astus miscebant Tyrios leuitate Sicana.
Quæ cernens ductor, postquam immedicabile visum
Seditio, atque vltro bellum surgebat ab hoste,
Testatus diuos Siculorum, amnésque, lacúsque,
Et fontes Arethusa tuos, ad bella vocari
Inuitum, quæ sponte diu non sumpserit, hostem
Induere arma sibi, telorum turbine vasto,
Aggreditur muros, atque armis intonat vrbi.

Ætna mons Siciliæ.

Claud. de raptu Proserp. lib. I.

In medio scopulis se porrigit Ætna perustis:
Ætna Giganteos nunquam tacitura triumphos,
Enceladi bustum, qui saucia membra reuinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur,
Et quoties detrectat onus ceruice rebelli
In dextrum, læuúmque latus: tunc insula fundo
Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus vrbes.
Ætnæos apices solo cognoscere visu,
Non aditu tentare licet. pars cætera frondet

Ætnæ cacumen inaccessum.

Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.
Nunc mouet indigenas nimbos, piceáque grauatum
Fœdat nube diem: nunc motibus astra lacessit
Terrificis, damnísque suis incendia nutrit.
Sed, quamuis nimio feruens exuberet æstu,
Scit niuibus seruare fidem, pariterque fauillis

Ætnæ incendio non liquantur niues, quæ in cacumine sunt.

Durescit glacies tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu, fumóque fideli,
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
Quæ scopulos tormenta rotent? quæ tanta cauernas
Vis glomeret? quo fonte ruat Vulcanius ignis?

Caussæ incendij Ætnæ veræ.

Siue quòd obicibus discurrens ventus opertis,
Offensó per saxa furit rimosa meatu,
Dum scrutatur iter, libertatémque reposcens,
Putrida multiuagis populatur flatibus antra:
Seu mare sulphurei ductum per viscera montis
Oppressis ignescit aquis & pondera librat.

Met. lib. 5.

Trinacris, & magnis subiectum molibus vrget
Æthereas ausum sperare Typhoea sedes.
Nititur ille quidem, pugnátque resurgere sæpe:

Fabulosæ.

Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro:
Læua Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur:
Degrauat Ætna caput: sub qua resupinus arenas

Eiectat

Eiectat, flammámque fero vomitore Typhoeus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidáque, & magnos deuoluere corpore montes.
Inde tremit tellus, & Rex pauet ipse silentum,
Ne pateat, latóque solum retegatur hiatu,
Immissúsque dies trepidantes terreat vmbras.
Hanc metuens cladem tenebrosâ sede tyrannus
Exierat, currúque atrorum euectus equorum,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Postquam exploratum satis est loca nulla labare,
Depositúitque metum, videt hunc Erycina vagantem
Monte suo residens: natúmque amplexa volucrem.
Ardet in immensum geminatis ignibus Ætna. Met. lib. 2.
Horror abest, Sicula pressus tellure Typhoeus. Val. Arg. lib. 2.
Hunc profugum, & sacras remouente pectore flammas,
Vt memorant, prensum ipse comis Neptunus in alto
Abstulit, implicuítque vadis: totiensq́, cruenta
Mole resurgentem, torquentémque ignibus vndas
Sicanium dedit vsque fretum, cúmque vrbibus Ætnã
Intulit ora premens: trux ille eiectat adesi
Fundamenta iugi, pariter tunc omnis anhelat
Trinacria iniectam fisso dum pectore molem
Commouet experiens, gemitúque reponit inani.
Nunc tamen, illa modis quibus irritata repentè Lucret. lib. 6.
Flamma foras vastis Ætnæ fornacibus efflet,
Expediam. Primùm totius subcaua montis
Est natura, ferè silicum suffulta cauernis. Caussæ Physicæ incendij Ætnæ.
Omnibus est porrò in speluncis ventus, & aer.
Ventus enim fit, vbi est agitando percitus aer.
Hîc vbi percaluit, calefecítque omnia circùm
Saxa furens, quà contingit, terrámque, & ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem:
Tollit se, ac rectis ita faucibus eiicit altè,

Funditque ardorem longè, longéque fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum:
Extruditque simul mirando pondere saxa:
Ne dubites, quin hæc animai turbida sit vis.
Præterea magna ex parti mare montis ad eius
Radices frangit fluctus, æstúmque resorbet.
Ex hoc vsque mari speluncæ montis ad altas
Perueniunt subter fauces. hac ire fatendum est,
Et penetrare mare, & penitus se cogier arcto:
Atque efflare foras, ideóque extollere flammas,
Saxáque subiectare, & arenæ tollere nimbos.
In summo sunt vertice item crateres, vt ipsi
Nominitant, nos quas fauces perhibemus, & ora.
Palin. de Piscibus, signo cœlesti. *Gignuntur verò hi venti telluris in aluo*
Ex fumis, quos vicinâ trahit ignis ab vnda.
Quippe ignes in se multos, magnósque perenni
Tempore nutrit humus (dictu mirabile) sed non
Falsâ tamen refero. credet qui viderit Aetnam,
Qui scatebras calidarum vsquam spectarit aquarum,
Et qui vitiferi bene nouerit acta Vesæui.
Hos agitant ventos qui subterranea regna
Dij manes habitant, cæcísque morantur in antris.
Virg. Georg. lib. 1. *—quoties Cyclopum efferuere in agros*
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarúmq; globos, liquefactáque voluere saxa?
Ouid. de Ponto lib. 2. *Te duce magnificas Asiæ perreximus vrbes,*
Trinacris est oculis te duce visa meis.
Vidimus Ætnæa cælum splendescere flamma,
Suppositus monti quã vomit ore gigas:
Palic⁹ lacus. Anapus fl. *Ætnaósque lacus, & olentia stagna Palici,*
Quáque suis Cyanem miscet Anapus aquis.
Nec procul hinc Nymphe, quæ dum fugit Elidis amnem,

Tecta

Tecta sub aquorea nunc quoque currit aqua. Arethusa.

Vide Cornelij Seueri libellum de Ætna, qui extat inter Virgilij fragmenta.

Acis fluuius Siciliæ.

Lucus erat prope flumen Acim, quod candida præfert Claud. de raptu Proserp. lib. 3.
Sæpe mari, pulchróque secat Galatea natatu,
Densus, & innexis Aetnea cacumina ramis,
Qua libet vsque tegens: illic posuisse cruentam
Ægida, captiuámque pater post prælia prædam
Aduexisse datur. Phlegræis sylua superbit
Exuuiis, totúmque nemus victoria vestit.
Hic patuli rictus: heic prodigiosa Gigantum
Tergora dependent, & adhuc crudele minantur
Affixæ facies truncis, immaniáque ossa
Serpentum passim tumulis exsanguibus albent,
Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles,
Nulláque non magni iactat se nominis arbor.
Iámque Leontinos, Anisenáque flumina cursu Fast. lib. 4.
Præterit, & ripas herbiferi Acis tuas.

Anapis vel Anapus Siciliæ fluuius.

Præterit & Cyanem, & fontes lenis Anapi: Fast. lib. 4.
Et te vorticibus non adeunde Gela.
Fleuerunt freta, fleuerunt cyclopea saxa, Sil. Ital. lib. 14.
Et Cyanes, & Anapus, & Orthygie Arethusa.
Vidimus Aetnea cælum splendescere flamma, De põto li. 2.
Suppositus monti quam vomit ore gigas.
Ætnæósque lacus, & olentia stagna Palici,
Quáque suis Cyanen miscet Anapus aquis.
Nec procul hinc Nymphe, quæ dum fugit Elidis amnẽ,
Tecta sub æquorea nunc quoque currit aqua.

Arethusa fons Siciliæ.

Virgil.lib.3. Aneid.

— Alpheum famæ est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

Metam.lib.5.

Arethusa fõs Siciliæ fluit ex Alpheo Elidis fl.

— lustrat caligine tectam
Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit,
Bisque locum, quo me dea texerat, inscius ambit,
Et bis Iò Arethusa, Iò Arethusa, vocauit.
Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ,
Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum, nullósque audet dare corpore motus?
Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit

Arethusa mutata in fontem.

Longius vlla pedum: seruat nubémque, locúmque.
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
Cæruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.
Quáque pedem moui, manat locus, éque capillis
Ros cadit, & citius, quàm nunc tibi fata renarro,
In latices mutor. Sed enim cognoscit amatas
Amnis aquas, positóque viri, quod sumpserat, ore.
Vertitur in proprias, vt se mihi misceat, vndas.
Delia rupit humum: cæcis ego mersa cauernis
Aduehor Ortygiam: quæ me cognomine Diuæ
Grata meæ superas eduxit prima sub auras.

Claud. de raptu Proserp. lib.2.

Quas Arethusæi latices, quas aduena nutrit
Alphæus.

Syracusæ vrbs Siciliæ.

Sil. Ital. lib. 14.

Tot delubra deûm, tótque intra mœnia portus,
Adde fora, & celsis suggesta theatra columnis,
Certantésq; mari moles, adde ordine longo
Innumeras spatióque domos æquare superbas.
Rura quid inclusos porrecto limite longis

Porti-

Porticibus, sacros iuuenum certamine lucos?
Quid tot captiuis fulgentia culmina rostris?
Armáque fixa deis? aut quæ Marathonius hostis
Perdidit, aut Libya quæ sunt aduecta subacta?
Hîc Agathocleis sedes ornata trophæis, Agathocles Rex Siciliæ.
Hîc mitis Hieronis opes, hîc sancta vetustas Hieron.
Artificum manibus, non vsquam clarior vllo
Gloria picturæ seclo: non æra vocabant
Quæ scirent Ephyren: fuluo certaret vt auro
Vestis spirantes referens sub tegmine vultus,
Quæ radio cælat Babylon, vel murice picto
Læta Tyros, quæ Attalicis variata per artem
Aulæis scribuntur acu, aut Memphitide tela.
Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas? *Ausonius de claris vrbibus.*
Hinc ambustorum fratrum pietate celebrem,
Illam complexam miracula fontis & amnis. Catina Catinæi fratres.
Quam maris Ionij subter vada falsa meantes
Consociant dulces placita sibi sede liquores,
Incorruptarum miscentes oscula aquarum.
Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis *Fast. lib. 4.*
Claudius, & bello te quoque cepit, Eryx.

MARE IONIVM, CVIVS & Adriaticum pars est.

Deinceps autem maris ad Ionij ortum *Dionysius.*
Absyrti insularum apparet immensus tractus, Absyrti insulæ.
Quas olim Colchorum filij incursarunt, quando defessi fuerunt
Vestigia indagantes vagabundæ Aeteæ.
Deinceps autem post has Liburnicæ sitæ sunt.

Met.lib.14. *Nauigat Ionium Lacedæmoniúmque Tarentum.*

Fast.lib.4. *Hinc init Ægæum, quo Cycladas adspicit omnes:*
Ioniúmque capax, Icariúmque legit.

Trist.lib.1. *Aut hac me, gelido tremerem cum mense Decembri,*
Scribentem medijs Adria vidit aquis.

Horat.lib.1. carm. *Commisit pelago ratem*
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ
Maior: tollere, seu ponere vult freta.

Proper. lib.3. *Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes,*
Cogar & vndisonos nunc prece adire deos.

Lechæũ portus Corinthi in mari Ionio. *Deinde per Ionium vectus cum fessa Lechæo*
Sedarit placida vela Phaselus aqua:

Mare Liburnicum Adriatici maris pars.

Dionysius. *Inde autem ad auroram cõuersum circumuoluitur salũ,*
Littora subradens Liburnica, circúmque firmam

Hyllei pop. *Hylleorum terram omnem quæcunque adiacet Isthmo,*

Bulimei pop. *Bulimeorúmque litora. —*

Insulæ maris Liburnici & Iapygij.

Verùm quum Adriatici sinistrum alueum maris

Iapygia. *Intraueris in naui, Iapygiam in terram,*

Diomedis insula. *Inuenies fortis Diomedis confestim insulam,*
Quò heros venit, infensa Venere,
Quando peroptatorum adijt gentem Iberorum,
Sua vxoris consiliis maleuola Ægialeæ.
Deinceps autem maris adortum Ionij

Absyri insula. *Apsyrti insularum apparet immensus tractus,*
Quas olim Colchorum filij incursarunt, quando defessi fuerunt.

Vestigia indagantes, vagabundæ Ætines.
Deinceps autem post has Liburnica sita sunt.

Insulæ maris Ionici.

Verùm ad austrum post saltus Ceraunios naui currenti Et sequentibus.
Insulæ appareant, ex vlteriori loco, Ambraciotarum, Ambraciotarum insulæ.
Atq; pinguis Corcyra, charum solum Alcinoi. Corcyra insula.
Post hanc autem, Nericiæ Ithacæ sedes fixa est, Ithaca insul.
Insularúmque aliarum, quotquot è Chalcide labens Echidnades insulæ.
Vorticibus argenteis Achelous circundat.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Zacynthos insula.
Dulychiúmque, Saméq;, & Neritos ardua saxis. Virgil. Aeneid. lib. 3.
Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna:
Et terram altricem saui exsecramur Vlyssis. Dulychium insula.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.
Et iam Dulichios portus, Ithacámque, Samúmque, Same insula.
Neritiásque domos, regnum fallacis Vlyssis, Neritos insula.
Præter erant vecti: certatam lite deorum Leucate promontorium.
Ambraciam, versiq; vident sub imagine saxum Met lib. 13.
Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est: Vlyssis regnum.
Vocalémque sua terram Dodonida quercu, Actiacum.
Chaoniósque sinus: vbi nati rege Molosso Dodona sylua.
Impia subiectis fugêre incendia pennis.

Strophades Insulæ duæ maris Ionij.

Annixi torquent spumas, & cærula verrunt. Virgil. lib 3. Aeneid.
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primùm
Accipiunt. Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno,
Harpyiæq; colunt aliæ, Phineia postquam
Clausa domus, mensásq; metu liquere priores.
Iámque & ad Ionij metas, atque intima tendunt Valer. Arg. lib. 4.
Saxa, vocat magni Strophadas nunc incola Ponti

Harpyiæ aues fœdissimæ consederunt in Strophadibus. *Hîc fessæ, letiq; metu proprioris anhelæ*
Dum trepidant, humilique graues, timidóque volatu
Implorant clamore patrem Typhoea nefando.

Corcyra insula, quæ & Phæacia dicta, & Alcinoi regnum.

Idem pòst. *Proxima Phæacum filicibus obsita pomis*
Epirus regio. *Rura petunt. Epiros ab his, regnatáque vati*
Buthrotus opp. *Buthrotos Phrygio, simulatáque Troia tenetur.*
Dionysius. *Insulæ appareant ex vlteriori loco Ambraciatarum,*
Atq; pinguis Corcyra, charum solum Alcinoi.
Post hanc autem, Nericia Ithaca sedes fixa est,
Tibull. lib. 1. *Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris.*

Ithaca Insula saxosa & infertilis.

Trist. lib. 1. *Ne mihi Dulichium domus est, Ithacéve, Saméve:*
Pœna quibus non est grandis abesse locis.
Horat. lib. 1. Epist. *Non est aptus equis Ithacæ locus.*

Mare Syrticum.

Dionysius. *Ad Austrum & Libycus meatus, & Syrtidis initium est*
Alterius: alteram verò videas, vlterius vbi traieceris,
Occidentalem: quam ante duæ paruæ insulæ sunt,
Meninx insula. Cercinna insula. *Meninx, & Cercinna, Libysticum portum habentes.*

Orthygia insula, quæ alia est à Dolo insula.

Trist. lib. 4. *Liquerat Orthygiam, Megareáque, Pantagiénque:*
Quaq; Simetheas accipit æquor aquas
Stat. Syl. li. 1. *Hic mouet Orthygia, mouet hic rapida agmina Nisa*
Virgil. Aeneid. lib. 3. *Linquimus Orthygiæ portus, pelagóque volamus.*

MARE

MARE CRETICVM, CVius Insula est Creta, à qua est appellatum.

MVlta verò Amnisi magis boreales cōspiciuntur, Dionysius.
Ægyláque, atque Cythera, Calauriáq; aspera: Ægyla insul.
Carpathus item alia in parte ad occasum. prope ipsam Cythera insula.
Creta honorata, Iouis magni nutrix, Calauria insula.
Magnáque, pinguésque, & bona pascua habens: quam Carpathus insula.
super Ida,
Ida pulchricomis sub quercubus eminus virescens: Creta insula pulcherrima.
Atque huius quidem magnitudo ingens. Ida mons.
Musis amicus, tristitiam, & metus Horat. carm. lib. 1.
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto: Virgil. Aeneid. lib. 3.
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostra,
Centum vrbes habitant magnas vberrima regna:
Teucrus Rhœteas primùm est aduectus ad oras, Cretam qui primi coluerunt.
Optauítque locum regno: nondum Ilium & arces,
Pergamea steterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáq; æra,
Idæumq; nemus: hinc fida silentia sacris:
Et iuncti currum dominæ subiere leones.
Ergo agite, & diuûm ducunt quà iussa sequamur:
Placemus ventos, & Gnossia regna petamus:
Nec longo distant cursu: (modò Iupiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam, Fast. lib. 3.
Vulcanum tellus Hypsipylea tulit.
Iam dilecta Ioui centenis venit in arma Lucan. lib. 3.

Cnossos Minois regia. Gortyna op. *Creta vetus populis, Cnossasq́ agitare pharetras*
Docta: nec Eois peior Gortyna sagittis.

Horat. carm. lib. 3. *Quæ simul centum tetigit potentem*
Oppidis Creten: pater ô relictum
Filiæ nomen, pietásque dixit
Victa furore.

Seneca in Troade. *Vrbibus centum spatiosa Creta.*

Ouid. lib. 13. Metamorph. *Inde recordati Teucros à sanguine Teucri*
Ducere principium. Cretam tenuere, locique
Ferre diu nequiere luem: centúmque relictis
Vrbibus Ausonios optant contingere portus.

Strophades insulæ. *Sæuit hyems, iactátque viros, Strophadúmque receptos*
Portubus infidis exterruit ales Aëllo.

MARIS ÆGÆI, ET EIVS
Insularum generalis descriptio.

Horat. epist. lib. 1. *ICcircò nauem trans Ægæum mare vendas.*

Europæ autē insulæ hæ quidem læuæ sub flexu manus
Dionysius. *Ingredienti, deinceps: Asiæ verò ad dextram sitæ sunt,*
In longitudinem Septentrionalis porrectæ Boreæ.
Macris insula. *Porrò Europæ quidem Abantias est Macris,*
Scyros insul. *Scyrúsque ventosa & excelsa Peparethus,*
Peparethus insula. *Vnde & Lemnus, asperum solum Vulcani,*
Lemnus insula. *Patescit, Priscáque Thasus, Cereris sedes fertilis:*
Thasus insula. *Imbrus, Thraciáque Samos, Corybantica ciuitas.*
Imbrus insula. *Quæ verò Asiæ primā partem sortitæ sunt, circumeuntes*
Samobracia insula. *Delum circundederunt, & nomine Cyclades sunt:*
Cyclades. *Gratulatoria verò sacra Apollini choreas ducunt vniuersæ,*
Delos. *Ineunte dulci primùm vere, quando in montibus*

Ab hominibus procul parit dulcisona luscinia.
Insulæ autem deinceps Sporades vndique micant, Sporades insulæ.
Ceu quando innubilem per aërem cernuntur sidera,
Humidas nubes velox vbi dispulit boreas.
Has autem post insulæ sunt Ionicæ: vbi Caunus: Caunus Insula.
Et Samus amœna pelasgica sedes Iunonis: Samos insula.
Et Chios altissimi Pellenæi sub pede. Chios Insula.
Inde Aeolidū [Aeolicarum] apparent montes Insularū, Lesbos insula.
Lesbiq́; spatiosæ, & amœnæ Tenedi. Tenedos insula.
Illic Meláséq; sinus ad Hellespontum vadit
Spumam eructans: at in Boream longè tendenti
Expanditur hinc & inde Propontidis vnda maris.
Radit saxa Sami: spirat de litore Coo Coos insula.
Aura fluens: Gnidon inde fugit, clarámque relinquit Luc. lib. 8.
Sole Rhodon, magnósque sinus Telmessidos vnda Gnidos promontorium Cariæ.
Compensat: medio pelago Pamphylia puppi
Occurrit tellus: nec se committere muris Rhodos.
Ausus adhuc vllis, te primùm parua Phaselis. Phaselus op.
Mille manus coeunt: & picta coloribus vstis Fast. lib. 4.
Cœlestum matrem concaua puppis habet.
Illa sui per aquas fertur tutissima nati:
Longáq; Phrixeæ stagna sororis adit.
Rhœteúmque capax, Sigeáque littora transit:
Et Tenedum, & veteres Eetionis opes.
Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta: Cyclades.
Quáque Carysteis frangitur vnda vadis. Carystos insula.
Transit & Icarium, lapsas vbi perdidit alas
Icarus, & vastæ nomina fecit aquæ. Icariū mar
Tunc læua Creten, dextra Pelopeidas vndas
Deserit, & Veneri sacra Cythera petit.

Icarium mare, pars maris Ægæi.

— & iam Iunonia læuâ

Paros insul. *Parte Samos fuerat, Delósq; Parósque relicta,*
Meta. lib. 8. *Dextra Lebynthos erat, fœcundáque melle Calymna:*
Lebynthos insula. *Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu,*
Calymna insula. *Deseruítque ducem cælique cupidine tactus*
Altius egit iter. rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.
Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos,
Remigióque carens non vllas concipit auras:
Oráque cæruleâ patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, vbi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat: pennas conspexit in vndis,
Deuouítque suas artes, corpúsque sepulchro
Condidit, & tellus à nomine dicta sepulti est.
Ouid. *Icarus Icarias nomine fecit aquas.*

Salamis & Ægina insulæ maris Ægæi.

Virgil. Aeneid. lib. 8. *Nam memini Hesiones visentem regna sororis*
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.
Dionysius. *At verò ante Sunium promontorium supra Abantas*
Apparent Salamísque & Ægina oppidum.

Delos quæ & Orthygia quidam dictam volunt.

Meta. lib. 5. *— cui quondam regia coniux*
Delos olim mari innatabat, núc stat. *Orbe interdixit: quam vix erratica Delos*
Errantem accepit, tunc quum leuis insula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ,
Edidit inuita geminos Latone nouerca.
De pōto li. 4. *Quam grata est igitur Latone Delia tellus,*
Erranti tutum quæ dedit vna locum.
Horat. carm. lib. 1. *Vos Tempe totidem tollite laudibus,*
Natalemq; mares Delon Apollinis.

tempúsque

—tempúsque fuit, quo nauit in vndis,
Nunc sedet Orthygie. — Meta. lib. 15.

Cyclades insulæ.

Hinc Humilem Myconem, cretosáq; rura Cimoli, — Mycone insula. Cimolus insula.
Florentem Cythnon, Cypron, planámque Seriphon, — Meta. lib. 7. Cythos insula.
Marmoreamq; Paron, quamq; impia prodidit Arne — Cypros insula.
Sitonis accepto, quod auara poposcerat, auro: — Seriphus insula.
Mutata est in nauem, quæ nunc quoque diligit aurum,
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis. — Paros insul.
At non Oliaros, Didyméque, & Tenos, & Andros, — Olearos vel Oliaros insula.
Et Gyaros, nitidaq; ferax Peparethos oliuæ,
Gnosiacas iuuere rates. — Didyme insula.
Cyclades ipsa tua Mycone, Gyaróque reuelli — Tenos insul.
Dele times, magníque fidem testaris alumni. — Andros insula.
Iam Samos à læua fuerat, Naxósque relictæ, — Gyaros insula.
Et Paros, & Clario Delos amata Deo. — Peparethos insula.
Dextra Lebynthos erat, syluísque vmbrosa Pachynne, — Stat. Theb. lib. 3.
Cunctáq; piscosis Astypalæa vadis. — Naxos insul.
Quòd facerem versus inter fera murmura Ponti — De arte amandi lib. 2.
Cycladas Ægaas obstupuisse puto. — Pachynne insula. Lebynthos. Astypalæa insula.
Interfusa nitentes — Trist. lib. 1.
Vites æquora Cycladas. — Horat. carm. lib. 1.
Linquimus Orthygia portus, pelagóque volamus, — Virgil. lib. 3. Aeneid.
Bacchatamq; iugis Naxon, viridémq; Donysam,
Oleacon, niueamq; Paron, sparsasq; per æquor
Cycladas.
Sera tamen Mundo venerunt astra, sed illis — Stat. Theb. lib. 5.
Vt Paros, & nemorosa Thasos, crebraq; relucent
Cyclades, vna graui penitus latet obruta cœlo
Lemnos, in hac tristes nebula, & plaga cæca superne
Texitur vna vagis Lemnos non agnita nautis — Lib. 2. Achilleid.
Iamq; per Ægaos ibat Laertia fluctus

Puppis,& innumeræ mutabant Cycladas auræ,
Iam Paros,Olearósque latent,iam raditur alta
Lemnos,& à tergo decrescit Bacchica Naxos
Ante oculos crescente Samo:iam Delos opacat
Æquor. —

Scyros insula. — *cum se scopulosa leuauit Scyros,*
Scyros erat,placidíque super Tritonia custos
Littoris.

Euboea Insula maris Ægæi.

Trist.lib.5. *Quæq; modo Euboicis lacerata est fluctibus,audet*
Caphareus promontoriũ Eubœæ. *Graia Capharea currere puppis aqua.*
Chalchidos Euboicæ vanâ spe rapte parabas
Lucan.lib.5. *Heu demens nullum belli sentire fragorem,*
Tot mundi caruisse malis,præstare deorum
Excepta quis morte potest?secreta tenebis
Littoris Euboici memorando condite busto,
Carystos op. *Quà maris angustat fauces saxosa Carystos,*
Et tumidis infesta colit quà numina Rhamnus,
Arctatus rapido feruet quà gurgite pontus,
Euripus. *Euripúsque trahit (cursum mutantibus vndis)*
Chalcis opp. *Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim.*
Aulis portus. Trist lib.1. *Quicunque Argolica de classe Capharea fugit,*
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
Stat. Theb. lib.7. — *excierat omnem*
Aoniam.Euboeámque, & Phocidos arua propinqua.
Idem syl.li.1. — *nitidum consurgit ad æthera tellus*
Eubois.

Athos insula,& mons in mari Ægæo.

De ponto li.1. *Torquet enim fortuna parum,nisi Lycus in Hebrum*
Confluat?& frondes Alpibus addat Athos?
Stat. Theb. lib.5. — *Ægæo premitur circunflua Nereo*
Lemnos:

Lemnos: vbi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber: ingenti tellurem proximus vmbra
Vestit Athos, nemorúmque obscurat imagine pontum.
Seu te cana gelu Rhodope, seu remige Medo
Sollicitatus Athos, seu caligantia nigris. Claud. in Rufinum lib. 1.
— ille flagranti
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deijcit. Virg. Georg. lib. 1.

Lemnos insula maris Ægæi.

— Ægæo premitur circunflua Nereo Stat. Theb. lib. 5.
Lemnos: vbi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber: ingenti tellurem proximus vmbra
Vestit Athos, nemorúmq; obscurat imagine pontum.
Thraces arant contrà. Thracum fatalia nobis
Littora, & inde nefas: florebat diues alumnis
Terra, nec illa Samo fama, Delóve sonanti
Peior, & innumeris quas spumifer assilit Ægon.
Dis visum turbare domos: nec pectora culpa
Nostra vacant: nullos Veneri sacrauimus ignes,
Nulla Deæ sedes. Mouet & cœlestia quondam
Corda dolor, lentóque irrepunt agmine pœnæ.
Illa Paphon veterem, centúmque altaria linquens,
Nec vultu, nec crine prior, soluisse iugalem
Ceston, & Iliadas procul ablegasse volucres
Fertur. Lemniæ mulieres in maritos suos cõiurarũt, quos occiderunt.

Hoc erat in gelido quare Pæantius antro
Voce fatigaret Lemnia saxa sua. Philoctetes in Lemno relictus à Græcis. Trist lib. 5.
— & iam summis Vulcania surgit
Lemnos aquis, tibi per varios defleta labores
Ignipotens: nec te Furijs, & crimine matrum,
Terra, fugæ meritíq; piget meminisse prioris,
Tempore quo primum fremitus insurgere opertos Valer. Arg. lib. 2. Incendia in Lemno insula frequẽtia.

Cælicolum, & regni sensit nouitate tumentes
Iupiter, ætheriæ nec stare silentia pacis:
Iunonem volucri primam suspendit Olympo,
Horrendum Chaos ostendens, pœnamq; baratri.
Vulcanus ignis cœlestis copiosus in Lemnum cecidit diuinitus ob Lénorum scelera. *Mox etiam pauida tentantem vincula matris*
Soluere: prærupti Vulcanum vertice cœli
Deuoluit: ruit ille polo, noctémque diémque
Turbinis in morem, Lemni cum littore tandem
Insonuit: vox inde repens vt perculit vrbem,
Accliuem scopulo inueniunt, miseréntq;, fouéntque
Alternos ægro cunctantem poplite gressus.
Hinc reduci superas postquam pater annuit arces,
Lemnos chara Deo: nec fama notior Ætna,
Aut Lypares domus: has epulas, hæc templa, peracta
Ægide, & horrifici formatis fulminis alis
Lætus adit. contrà, Veneris stat frigida semper
Ara loco, meritas postquam dea coniugis iras
Horruit, & tacitæ Martem tenuere catenæ.
Quo circa struit illa nefas, Lemnóque merenti
Exitium furiale mouet: neq; enim alma videri
Iam tum ea, cùm tereti crinem subnectitur auro
Sidereos diffusa sinus, eadem effera & ingens,
Et maculis suffecta genas, pinúmque sonantem
Virginibus Stygiis, nigrámque simillima palmam.
Iámque dies aderat Thracas qui fuderat armis.
Dux Lemni puppes tenui contexere canna
Ausus, & inducto craten defendere tergo.
Idem paulò pòst. *Vade age, ad æquoream virgo delabere Lemnon.*
Rupes Lénia. *Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris*
Idem lib. 2. *Fumant saxa iugis, coquitúrque vaporibus aër:*
Substitit Æsonides, a q; hic regina precari
Hortatur, causásque docens: Hæc antra videtis,
Vulcanique, ait, ecce domos, date vina, precésque.

Forsitan

Forsitan hoc factum taceat iam fulmen in antro,
Non dabit ipsa fidem: clausæ cùm murmura flammæ
Hospes, & incussæ sonitum mirabere massæ.

Lesbos Insula in mari Ægæo.

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris, Virg. Georg. lib. 2.
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
—sed quem sua noto Valer. lib. 3.
Colle per angustæ Lesbos freta suggerit Helles.
Quid tibi visa Chios bullati, notáque Lesbos? Horat. epist. lib. 1.
Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?

Samos insula.

Inde leui vento Zerinthia littora nacta Trist. lib. 1.
Threiciam tetigit fessa carina Samon.
Posthabita coluisse Samo.— Virgil. lib. 1. Aeneid.
Pœniteat Sparten, Argósq; meásq; Mycenas, Fast. lib. 6.
Et veterem Latio supposuisse Samon.

Samothracia Samo insulæ vicina & adiacens Thraciæ.

Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes, Virg. lib. 7.
Threiciámq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
Tunc tenuis Lemnos, transitq; Electria tellus Valer. lib. 2.
Threiicijs arcana sacris: hic numinis ingens Samothraces Dij.
Horror, & incautis decreta piacula linguis.
Hanc demissa Ioui non vnquam lædere fluctu
Audet hyems: sponte ipse Deus tunc asperat vndas,
Cùm vetat infidos sua littora tangere nautas.
Obuius at Minyas, terris aditisque sacerdos
Excipit, hospitibus referans secreta Thyotes.
Hactenus in populos, vates, Samothraca, diémque
Missa mane: sacrisq; metum seruemus opertis.
Quoque pij Samothraces eunt. Statius lib. 2. Achill.

Rhodus Insula maris Ægæi.

Dionysius. *Ex aduerso autem oræ*
Ialysos opp. *Ægyptiæ Rhodus est, Ialysiorum solum hominum.*
Chelidoniæ insulæ. *Hanc autem post Orientem versus Chelidoniæ sunt*
Tres insulæ, magnum Patareum intra promontorium.
Horat. carm. lib. 1. *Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenem.*
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.
Idem epist. lib. 1. *— contempto mallet Rhodos aspera Phœbo.*
Stat. syl. lib. 1.

Cyprus insula maris Ægæi, vltima ad Orientem in sinu Pamphylio, quem alij Issicum vocant.

Dionysius. *Cyprus autem ortum versus Pamphylium intra sinum*
Alluitur, amabilis vrbs Dionææ Veneris.
Iuxta verò Phœnicen Aradus vasto in mari.
Horat. carm. lib. 1. *Sic te diua potens Cypri.*
— genitor tum Belus opimam
Virgil. Aeneid. lib. 1. *Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.*
Cyprus alia. *Sardonios habitare sinus, & inhospita Cypri*
Claud. de bello Getico. *Saxa parant, vitámque freto spumante tueri.*
Luc. lib. 8. *Tunc Cilicum liquere solum, Cypróque citatas*
Immisere rates, nullas cui prætulit aras
Vnda diua memor Paphiæ, si numina nasci
Credimus aut quenquam fas est cœpisse deorum.

Paphos vrbs Cypri insulæ.

Stat. syl. lib. 1. *Nō secus Alma Venus, quàm si Paphō æquore ab alto*
Idaliásque domos, Ericináque templa subiret.
Gnidos. *O Venus regina Gnidi, Paphíque,*
Horat. carm. lib. 1. *Sperne dilectam Cypron: & vocanti*
Cyprus. *Ture te multo Glyceræ decoram*
Transfer in ædem.
Meta. lib. 10. *Capta viri formâ, non iam Cythereïa curat*

Littora, non alto repetit Paphon æquore cinctum,
Piscosámq; Gnidon, grauidamq; Amathunta metallis Amathuns oppidum.
Abstinet & cœlo: cœlo præfertur Adonis.

In Cypro Insula sunt oppida: Cypros ipsa, Paphus, Salamis, Amathuns.

— Cyprum, Salaminaq; linquens Aratus lib. 2. Act. Apost.
Pergit adire Paphum, quæ fertur amoribus olim
Dedita, sacrilega, mansisse libidinis antrum
Aligeréfque vagos studio coluisse procaci.
Est Amathuns, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera. Virg. lib. 10. Aeneid.
At si fortè reges fœcundam Amathunta metallis. Ouid. lib. 10 Meta.

Tenedos & Syros vicinæ insulæ maris Ægæi.

Est in conspectu Tenedos, notissima fama Virgil. Aeneid. lib. 2.
Insula, diues opum, Priami dum regna manebant,
Nunc tantùm sinus, & statio male fida carinis.
Et Claros, & Tenedos, Pataráque regia seruit. Met. lib. 2.
Me Tenedon, Chrysámq;, & Cyllam Apollinis vrbes, Ouid. Meta. lib. 13.
Et Syron cepisse.

Andros illi vicina, quæ & Antandros, Asiæ adiacens.

Non hîc Aeneas, non qui defenderet Andron Met. lib. 13.
Hector erat, per quos decimum durastis in annum.
Et totidem natis Andros fraterna petita est. Meta. lib. 1[illegible]

HELLESPONTI descriptio.

QVa simul Aeolia mare me deduxit in Helles Trist. lib. 1.
Et longum tenui limite fecit iter.

Fleximus in læuum cursus, & ab Hectoris vrbe
Imbros Insula. *Venimus ad portus Imbria terra tuos.*
Inde leui vento Zezinthia littora nacta
Threiciam tetigit fessa carina Samon.
Tentyra op. *Saltus ab hac contra breuis est Tentyra petenti:*
Hac dominum tenus est illa secuta suum.
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:
Hellespontiacas illa reliquit aquas.
Dardaniámque petit auctoris nomen habentem,
Lampsacus oppidum. Luc. lib. 12. *Et te ruricola Lampsace tuta Deo.*
Threiciásque legit fauces, & amore notatum
Æquor, & Eoas lachrymoso littore turres,
Qua pelago nomen Nepheleias abstulit Helle.
Non Asiam breuioris aqua disterminat vsquam
Fluctus ab Europa, quanuis Byzantion arcto
Pontus, & ostriferam dirimat Chalcedona cursu,
Euxinúmque ferens paruo ruat ore Propontis.
Sigeásque petit famæ mirator arenas,
Et Simoentis aquas, & Graio nobile busto
Rhœtiō promontorium vicinum Hellesponto. *Rhœtion, & multum debentes vatibus Vmbras.*
Quáq; per angustas male vecta virginis vndas
Seston Abydena separat vrbe fretum.
Trist. lib. I. *Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris:*
Sestos opp. Abydos op. *Cyzicon Hæmoniæ nobile gentis opus.*
Cyzicon op. *Quáque tenent ponti Byzantia littora fauces:*
Hic locus est gemini ianua vasta maris.
Hæc præcor euincat, propulsáq; fortibus austris
Cyaneæ insulæ. *Transeat instabiles strenua Cyaneas:*
Thymniacósque sinus: & ab his per Apollinis vrbem
Anchialos oppidum. *Alta sub Anchiali mœnia findat iter.*
Odessos opp. *Inde Mesembriacos portus, & Odesson & arces*
Mesembria oppidum. *Prætereat dictas nomine Bacche tuo.*
Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos

Sedibus

Sedibus hic profugos constituisse larem.

Aureus vt iuuenem miserantibus intulit vndis Val. Arg. lib.1.
Vector, & astrictus vt sedes cornibus Helle.
Septem Aurora vias, totidémque peregerat vmbras
Luna populo: derimíque procul non æquore visa,
Cœperat à gemina descendere Sestos Abydo.
Hîc soror Æoliden æuum mansura per omne
Deserit, heu sæua necquiquam erepta nouerca.
Illa quidem fissis longè petit humida palmis
Vellera, sed bibulas vrgenti pondere vestes
Vnda trahit, læuíque manus labuntur ab auro.
Immittítque ratem mediásque interuolat vrbes, Idem lib.2.
Quà breuibus furit æstus aquis, Asiámque prementem
Effugit abruptis Europæ immanior oris.
Has etiam terras, consertáque gentibus arua,
Sic pelago pulsante, reor, Neptunia quondam
Cuspis & aduersi longus labor abscidit æui,
Vt Siculum Libycúmque latus: stupuitq; fragorem
Ianus, & occiduis regnator montibus Atlas.

Propontis Hellespontum excipit.

Iámque grauis Thracen, & læua Propontidos intrat. Fast. lib.5.
—non Ægæus, non alta Propontis, Claud. in Eutrop. lib.2.
Non freta longinquis Mæotida piscibus explent.
Hincq; Propontiacis Hærentem Cyzicon oris: Trist. lib.1.
Cyzicon Hæmoniæ nobile gentis opus
Fas quoque ab ore freti, longéque Propontidos vndis Idem lib.3.
Huc aliquem certo vela dedisse noto.

Ponti Euxini descriptio.

Adde quòd hic clauso miscentur flumina Ponto, Quæ flumina in Pontum influant.
Vimq; fretum multo perdit ob amne suam.
Huc Lycus, huc Sagaris, Peniúsq;, Hipanusq;: Cratésq;, De Pōto li.4.

Quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin,
Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancō?
Proxima Thermodoon hîc iam secat arua: memento.
Inclita Amazonidum, magnóque exorta Gradiuo
Gens ibi: fœmineas nec tu nunc crede cateruas,
Non alibi effusis cesserunt longiùs vndis Idem lib. 4.
Littora, nec tantas, quamuis Tyrrhenus & Ægon
Voluat aquas, geminis & desint Syrtibus vndæ.
Nam super huc vastos tellus quoque congerit amnes.
Non septem gemini memorem quas exitus Histri,
Quas Tanais, flauusq́; Lyces, Hypanísque, Melásque
Addat opes: quantósque sinus Mæotia laxent
Æquora. flumineo sic sanguine frangit amari
Vim salis, hinc Boreæ cedens glacialibus auris
Pontus, & exorta facilis concrescere bruma.
Vtque vel immotos vrsæ rigor inuenit amnes.
Vel freta versa vadis: hyemem sic vnda per omnem
Aut campo iacet, aut tumido rigat ardua fluctu,
Atque hac Europam curuis anfractibus auget,
Hac Asiam, Scythicum specie sinuatus in arcum.
Illic vmbrosæ semper stant æquore nubes,
Et non certa dies: primo nec sole profundum
Soluitur, aut veriùs cùm lux æquata tenebris,
Sed redit extremo tandem in sua litora tauro.
Altius in ventos recipit ratis, ac fugit omne Idem lib. 5.
Crobiali latus, & fatis tibi Tiphy negatum
Parthenium: ante alios Triuiæ qui creditur amnes
Fidus, & Inopi materna gratior vnda.
Mox etiam Cromnam, atque iugo pallente Cytoron, Cromna, Cytoron.
Téque cita penitus condunt Erythia carina.
Iámque reducebat noctem polus: alta Carambis
Raditur, & magna pelago tremit vmbra Sinopes. Sinope.
Assyrios complexa sinus stat opima Sinope,

Nympha prius, blandósque Iouis quæ luserat ignes
Cælicolis immota procis: deceptus amatæ
Fraude deæ nec solus Halys, nec solus Apollo.

Ponti Euxini Accolæ.

Dionysius. *Sauromatas verò excipiunt qui magis conferti sunt*
Gnidi, Cimmeriique, & qui prope Euxinum
Achæi. *Cercetiique, Oretæq́, & strenui Achai,*
Quos olim à Xantho & Idæo Simoente
Flatus abduxerunt austriq́ & aquilonis,
Sequentes ad bellũ Martia fortitudine præditum regẽ.
Lucan. *Hinc Lacedæmonij moto gens aspera freno*
Oeniochi, sæuisque affinis Sarmata Moschis,
Colchorum qua rura secat ditissima Phasis:
Qua Crœso fatalis Halys, qua vertice lapsus
Rhiphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiæq́, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ,
Nunc hunc, nunc illum qua flectitur, ampliat orbem.
Val. lib. 4. *Non ita sit metuenda tibi, sæuissima quanquam*
Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis,
Pontus Euxinus olim Axenus Inhospitalis dictus. *Et tonat afflicta semper domus ignea massa.*
Inde omnem innumeri reges per litoris oram,
Hospitij quis nulla fides: sed limite recto
Puppis, & æquali transcurrat carbasus aura:
Sic demum rapidi venies ad Phasidis amnem.
Castra ibi tam Scythiæ, fraternáque surgit Erynnis:
Ipse truces illic Colchos, hostémque iuuabis
Auxiliis, nec plura equidem discrimina cerno.
Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.

Ponti Euxini Insulæ.

Dionysius. *Est verò quædam sinistrum super meatum Euxini*

Ex

Ex aduerſo Boryſthenis, magni nominis in mari inſula
Heroum: Leucen ipſam cognomine vocant, Leuce inſul.
Quoniam ei quæ inſunt animalia, alba ſunt.
Illic item Achillis & Heroum fama eſt aliorum Achilis inſ.
Animas verſari deſertas per valles.
Hoc verò optimates à Ioue donum ſequuntur,
Pro virtute. virtus enim immortalẽ ſortita eſt honorem.

Cyaneæ Inſulæ, in mari Pontico quæ & Symplegades dictæ ſunt.

Vnda laborantes praceps rotat, ac fuga ponti Val. lib. 4.
Obuia: miſcentur rupes: iámque æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illiſa remittunt.
Bis fragor infeſtas cautes, aduerſáque ſaxis
Saxa dedit: flamma expreſſo bis fulſit in imbri.
Sic vbi multifidus ruptis è nubibus horror
Effugit, & tenebras, nimbóſque intermicat ignis,
Terrificiq; ruunt tonitrus, eliſáque noctem
Lux dirimit: pauor ora virûm, pauor occupat aures.
Tum freta quæ longis fuerant imperuia ſæclis, Idem lib. 4.
Ad ſubitam ſtupuere ratem: pontiq; iacentis
Omne ſolum, regéſque patent, gentéſque repoſtæ.
Eoas Furiæ iuſſu tendebat ad arces, Claud. lib. 1.
Inſtabiléſque olim Symplegadas, & freta remis in Ruff.
Inclyta Theſſalicis, celſa quà Boſphorus arce
Splendet, & Othryſiis Aſiæ diſcriminat aruis.
Altera nanque parat Symplegadas ire per altas. Triſt. lib. 1.
Scindere Biſtonias altera Puppis aquas Paling. lib. 1.
Quàm ſi concurſu Symplegades infregiſſent.
Nunc ſedet Ortygie: timuit concurſibus Argo Met. lib. 15.
Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum:
Quæ nunc immota perſtant, ventiſq; reſiſtunt.
Hanc autem poſt Thraciæ oſtium Boſpori, quem olim Dionyſius.

Iunonis impulsu tranauit iuuenca quum esset.
Angustissimum sanè illud omnium est fretum
Aliorum, quæ sunt vndosi maris.
Cyaneas vbi fama est impudentes in mari cautes
Vagantes, cum strepitu in se mutuò incurrere.
Ex eo autem apertus panditur prope Pontus,
Qui est vastus & longè in orientis recessum serpit.

MÆOTIS PALVS.

Dionysius. Sarmatæ vnde.

NEmpe paludem Mæotidem prope habitant
Ipsi Mæotæq; & gentes Sauromatarum,
Strenum bellicosi genus Martis. nam ex illo
Forti concubitu Amazonidum geniti sunt,
Quo olim Sauromatis cum viris mixtæ sunt,
Vagatæ è patria, procul à Thermodonte,
Quare etiam liberi magnanimi nati sunt,
Syluam incolentes immensam: quam per mediam
Volutus Tanais Mæotidis in sinum labitur:
Qui etiamnum Europam abscindit ab Asia terra:
Ad occasum Europa: ad ortum autem, Asiam terram.

De Ponto lib. 3.

Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora,
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras,
Nescio quam dicunt Iphigenian iter.

Claud in Ruf. lib. 1.

—patriámque bibens Mæotin Alanus.

Virg. Georg. lib. 3.

At non, quâ Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda,
Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas,
Quáque redit medium Rhodope porrecta sub axem,
Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes,

Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terga gelu latè, septémque assurgit in vlnas.
Cimmerium verò tibi per Bosporum recta eunti Dionysius.
Alia immensa insula est, quæ quidem paludem
Intra Mœotidem sita est (ad dexteram)
Quam super Phanagoráque, & bene constructa Phænagora.
Hermonassa, Hermonassa oppidum.
Vbi habitant qui Ionica sunt oriundi à terra.

VISVM EST PRO CORONIde horum librorũ, duo quædam addere: Primùm, quæ fuerint miracula seu opera in toto terrarum orbe celebriora. Fuerunt autem sex ista.

Martialis lib.1.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis: 1 Pyramides Ægyptiæ.
Assiduus iactet nec Babylona labor: 2 Babylon ciuitas.
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores: 3 Templum Ephesiæ Dianæ.
Dissimulétque Deum cornibus ara frequens: 4 Templum Iouis Ammonis.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea 5 Mausolei sepulchrum in Caria.
Laudibus immodicis Cares in astra ferant:
Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro, 6 Amphitheatrum à Cæsare Domitiano extructum.
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Secundùm, quid singulare quæque regio habeat, vnde celebrior sit.

Sidonius Apollinar. carmin. VII.

— Aduolat omnis
Terra simul: tum quæq; suos prouincia fructus
Exposuit, fert Indus ebur: Chaldæus amomum:
Assyrius gemmas: Ser vellera: thura Sabæus:

Attis mel: Phœnix palmas: Lacedæmon oliuum:
Argos equos: Epirus equas: pecuaria Gallus:
Arma Chalybs: frumenta Libes: Campanus iachum:
Aurum Lydus: Arabs guttam: Panchaïa myrrham:
Pontus Castorea: blattam Tyrus: æra Corinthus:
Sardinia argentum: naues Hispania defert,
Fulminis, & lapidem, scopulos iaculabile fulgur
Fucat, & accensam silicem fœcunda maritat
Ira deûm.

FINIS.

INDEX EORVM OMNIVM QVÆ IN HIS QVATVOR LIBRIS CONTINENTVR.

Cy-

L

Lingo-

Platea

Sitho-

Veneti

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag.13.vers.2.fine te. 15.vers.1.fama.in marg.Tarbelli. 16.vers. 11. demittitis. 79.Pæstum oppidum Lucaniæ. 181. dele annotationem primam,quæ est in margine.